

Johann Fecht Justus Schoepffer

De Praecipuis Oratoris Ecclesiastici Inperorando Virtutibus Exercitatio Sacra

Rostochii: Wepplingius, 1700


<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn742253678>


Druck Freier  Zugang



RU theol. Juli 1700

Fecht, Johann/d
Schoepffer, Just.





XVIII
DE PRÆCIPUIS

ORATORIS
ECCLESIASTICI
IN PERORANDO VIRTUTIBUS
EXERCITATIO SACRA.

QVAM

D. B. J.

345
CONSENTIENTE R. FACULTATE THEOLOGICA;

PRÆSIDE

VIRO MAGNIFICO, MAXIME REVERENDO

ATQ. EXCELLENTISSIMO,

JOANNE FECHTIO.

SS. TH. D. ET P. P. LONGE CELEBERRIMO, CONS. DUC.

ADSESS. ET DISTRICT. ROST. SUPERINTEN-

DENTE VIGILANTISSIMO,

PATRONO, PRÆCEPTORE ET IN CHRISTO

PATRE OMNI PIETATE COLENDO,

IN AUDITORIO MAJORI

HORIS ANTEMERIDIANIS

AD D. JUL. A. O. R. MDCCLXX

1700
SOLEMNI ERUDITORUM EXAMINI SISTIT

M. JUSTUS SCHOEPFFER,
QVEDLINB.



ROSTOCHII,

Typis JOH. WEPPLINGII, Univ. Typogr.

DE PRÆCIPUIS

ORATORIS
ECCLÆSIÆ
INFERCANDO VIRTUTIBUS
EXERCITATIO SACRA.

OVAM

D. B. J.

CONSENTIENTE R. FACULTATE THEOLOGICA

Præside

VIRO MAGNifico, MAXIME REVERENDO

ATQ; EXCELLENTISSIMO

JOHANNI EFFCHTIO

SS. THEOLOG. ET P. LO. PROF. REVERENDO, CONS. DUC.

ADRESS. ET DIR. ROST. SUPERINTEN.

DE REVERENTISSIMO

PATRONO, PRÆCIPUE ET IN CHRISTO

PARRE OMNE PIETATE COLENDO,

IN AUDITORIO MAJORI


HORIS ANTI-MERIDIANIS

AD D. D. JUL. A. R. GRÆC.

SOLEMNI ERUDITORUM EXAMINI SUBIT.


M. JUSTUS SCHORPPIER

QVÆLINA.



ROSTOCKI

Typis JOH. WERBLINGI, CIVIS, Typogr.



(3)
DE PRÆCIPUIS

Oratoris Ecclesiastici in perorando Virtutibus,

APHORISMI SACRI

D. J. A. J.

APHOR. I.

*Primam atq; præcipuam officii Ecclesiastici partem esse,
homilijs; populum docere.*

Primum ad primos Ecclesiæ Christianæ doctores mandatum fuerat; *καὶ ἡ δόξα*, quod vetus interpretis convertit: *docere*. Matth. XXIX. 19. Quod & per *διδασκεῖν*, *docere*, v. 20. & *κηρύττειν*, *predicare*, exponitur. Marc. XVI. 15. 20. Nec aliter Paulus; *predica verbum*, II. Tim. IV. 2. quivideò *καὶ παρεδήλας* nominat Ecclesiæ *pastores* & *doctores*, Eph. IV. 11. & ab omni Ecclesiæ ministro requirit, ut sit *διδασκῆς*, *aptus ad docendum*. I. Tim. III. 2. II. Tim. II. 24. Jam verò non est apposita magis docendi ratio quam per homilias, seu sermones, pro ratione vel argumenti vel eorum, ad quos loquimur, vel aliarum circumstantiarum, rectè beneq; compositos. Tales erant Prophetarum, tales ipsius Christi, tales Apostolorum. Ab his magistris illum docendi modum acceperunt omnium seculorum doctores. Superfunt enim nobis Homiliæ, aut orationes aliæ, homiliis analogæ, in omni seculorum serie. Sunt quidem hodie Ecclesiæ, in quibus homiliis non est locus, quæq; solâ sacrorum prælectione sunt contentæ. Nam Moscovitæ conciones à Sacerdotibus haberi non permittunt, causati, ex iisdem varias hæreses & diversas de fide opiniones pronasci. Unde qui suo tempore concionari magno cum adplausu coeperant, à Patriarchâ in Siberiam regelatos esse *Ad. Olearius* ante quadraginta annos testatur. Idem planè de Abyssinis V. J. *Jobus Ludolphus* refert: *an enim, inquit, putaremus, prædicatores nostros melius quid vel sacra scripturâ vel homiliis patrû primitivæ Ecclesiæ dicere posse? Num illorum dicta Dei verbo efficaciora crederemus? Annon vereremur, ne ejusmodi concionatores aliquid proferant, quod analogiæ fidei adversum & animarum saluti, præsertim apud rusticos & plebejos, periculosum foret?* (a) Adhunc morem per barbariem & virorum doctorum inopiam citra dubium devenerunt. Ex quâ ipsâ causâ factum est, ut sequiore seculorum tractu etiam in occidentali Rom. Ecclesiâ, cum Episcopi constitu-

A 2

erentur

(a) In Hist. Æth. III, c. VI, §. 19.

DE PRÆCIPUIS ORATORIS

4
 erentur rudiores, hi factas ab aliis homilias, nostrorum ædituorum in-
 star, tantum ex fuggestu recitarent. Quo cum piensissimi Ducis Ernesti
 Saxonis institutum, certas concionum dispositiones universæ provin-
 ciæ pastoribus præscribens, ne propriæ meditationes pastorum, sæpe suf-
 ficienti eruditione non instructorum, à verbi Divini puritate forte longi-
 us evagarentur, comparat *V. L. Sekendorfsius*, (*) Dignum verò admira-
 tione est, quod nec Romæ quidem seculo VI. in Ecclesiâ populum quem-
 quam docuisse, referat *Sozomenus*, (b) & ex eodem, Romanus ipse &
 haud longo post tempore vivens, *Cassiodorus*. Quod *Henricus Vale-
 sius* ad *Sozomenum* ex eo etiam confirmat, quod ante Leonem nullos
 sermones ad populum proferri posse existimet. Incredibile autem hoc
Casp. Zieglero nostro videtur, (c) qui corruptum esse à *Cassiodoro*, sui se-
 culi consuetudinem respiciente, ubi jam seculares principes facti Epi-
 scopi Romani luxu diffiuebant, *Sozomenum* arbitratur. Verum cum non
 Episcopum tantum, sed & doctorem quemlibet alium Romæ docuisse ne-
 get *Sozomenus*, facile patet, nec *Ziegleri* suspitioni, nec *Valesii* locum
 esse posse. An enim Romæ nemo unquam docuerit, primariâ priscis tem-
 poribus Ecclesiæ urbe? Qvalis hæc foret Ecclesia? Aut quomodo univer-
 sum suo tempore dicere *Origenes* potuisset: *Omnes Episcopi atque omnes
 Presbyteri vel Diaconi erudiunt nos & erudientes adhibent correptiones
 & verbis austerioribus increpant?* (d) Quomodo *Justinus* Martyr ad *Anto-
 ninum* Pium, Romæ tum imperantem: *ubi lector conticuit, præpositus
 orationem habet, quâ cohortatur?* (e) Describunt orationes istas Consti-
 tutiones Apostolicæ, quæ licet ab Apostolis profectæ non sunt, antiquos
 tamen rursus, iudice *B. D. Joah. Hildebrando*, (f) distinctè & accuratè tra-
 dunt, nihil ut hæc desiderare possis amplius. Et Apostolorum Canones,
 qui licet ab Apostolis non conditi, admodum antiqui tamen sunt, iudice
D. Mart. Chemnicio & *D. G. Calixto*, (g) Episcopum & Presbyterum com-
 munionem privare jubent, qui populum pietatem non doceat. (h) Cum qui-
 bus & antiquos Conciliorum canones consentire *Jo. Quint. Haduus* ad
 h. l. idemq; testari alios antiquæ Ecclesiæ patres *C. Zieglerus* fusè probat. (i)
 Cumque ferè eopse, quo *Sozomenus* scripsit, tempore & *Leo* Romanus
 Episcopus homilias habuerit, quæ hodieq; extant, nec probabile *Zieglero*
 sit, Leonè seculi sui mores tam subitâ & repentinâ metamorphosi immuta-
 turum

(*) In dem Christen St. Add. p. 361. (b.) VII. 19. (c.) III. de Ep. III. 5. 9. (d.) Hom.
 I. in Pl. xxxvii. p. 465. (e.) Apol. Poster. (f.) De Sacr. Publ. p. A. 2. (g.) Or.
 de Lect. Patr. in it. Tr. de Conj. Cleric. p. 324. (h.) Can. LIIX. juxta num. Zo-
 na ræ. (i.) De Episc. III. c. III. g. 14. s. Et de Superint. c. IX. 1. f.

ECCLESIASTICI VIRTUTIBUS.

turum fuisse, nisi exempla antecessorum suorum habuisset, aut, quod ad-
diderim, sequentium seculorum scriptores novum hoc institutum, si no-
vum fuisset, non fuisse peculiariter prædicaturos, quid de paradoxo hoc
Sozomoni testimonio, (quod *Lud. Maimburgius* in Historiâ de Pontificatu
Leonis Magni mendacii arguere non veretur) habendum sit, ut alii me
eruditiores exponant, vehementer rogo. Recentiori ætate Anabaptistas
quoque Monasterienses conciones abolevisse, cum externâ institutione
amplius, Spiritu quippe & unctiōe donati, ipsi opus non haberent, *D.*
Joh. Wigandus refert. (k.) Cum è contra Fanatici quibuslibet, à Spiritu
motis, dicendi concionandiqve licentiam concedant.

APHOR. II.

*Id officium, ut saluberrimo sese usu commendet, ita
maximis simul difficultatibus esse obseptum.*

Utrumque ex superiore doctrinâ clarissimè elucescit. Si enim docen-
dum & prædicandum est Ecclesiæ ministro & verò doceri atq; prædi-
cari nihil aliud convenit, quàm revelatum à Deo verbum, II. Tim. IV. 2. idq;
scriptis Prophetarum & Apostolorum contentum, c. III. 15. fieri nequit,
quin ad fructum hæc prædicatio comparata sit longè amplissimum, cum
Scriptura juxta ea, quæ è vestigio sequuntur, Apostoli verba sapientes nos
*reddere possit in salutem, per fidem, quæ in Christo Jesu est. Cumq; omnis
Scriptura, Divinitus inspirata, utilis sit ad doctrinam, ad redargutionem,
ad correctionem, ad disciplinam, quæ est in justiciâ, ut perfectus sit homo Dei,
ad omne opus bonum probe instructus. Quantæ verò hæc sunt divitiæ? Quas
& alio alibi usu cumulat Apostolus, cum inquit: quæcumq; præscripta sunt,
in nostram doctrinâ præscripta sunt. ut per patientiam et consolationem Scri-
pturarum spem habeamus, Rom. XV. 4. Porro si certa solidaqve ad docen-
dum aptitudo in Ecclesiæ ministro requiritur, I. Tim. III. 2. si abesse ab
illo debet procax garrulitas, quæ sine sale est, Marc. IX. 50. & verbo-
sitas, quæ est sine sapientia, Matth. X. 16. & immoderata clamoris
confidentia, quæ est sine judicio, Prov. XIV. 23. quod non nemo veterum
verbigerari dixit; si rectè tractandum est verbum DEI, sive metapho-
ra à sacrificiis, sive à securi & gladio, sive à coquis, sive à lapi-
cidis, sive à legis sectionibus, sive à viâ fuerit desumpta, II Tim.
II. 14. 15. cum hæc singula & accuratam scientiam & sedulam circum-
spectiōem & infucatam sinceritatem requirant, difficile equidem ne-
que cuivis obvium esse homiliarum habendarum officium ultro intelli-
gitur. Laudat. *Conr. Porta* (l) *D. Dav. Chytrai* nostri effatum: *Studio si odisse**

A 3

di-

(k, A. ab. p. 137. (l.) In Pastor, Luth. p. 143. ex Chytr. Proleg. in Rhec.

*discant quorundam arrogantem soliditatem, qui ex tempore jactitant se de magnis rebus dicturos esse, ut concionatores aliqui gloriantur, se ex manica concionem excutere. His stultitia signavia sustibus excutienda erat. Possunt equidem nonnunquam & adolescentes, hoc præcipuè terrarum tra-
ctu, antequam ex parentum ædibus & penè dixerim ex matris utero egrediantur, aut qui vix scholas nobiliores à limine salutarum, atque adeo, Theone dicente, neque encyclicis, quas vocant, disciplinis, excultri, neque necessariis preparati fuerunt disciplinis, ad dicendum proficere & sacros orare sermones; quosdam etiam benigna natura, accedente Divino gratiæ beneficio, eâ dicendi promptitudine instruxit, ut verba vel ex tempore, vel vix paucarum horarum præviâ præmeditatione facere possint, sed partim hæc exempla rariora sunt & inter cetera numeranda, partim cogitare debemus, aliud esse recitare homiliam aliud facere. Nec præcoce istâ adolescentulorum, antequam scholas salutent, in sacrum suggestum provolatione ministerii existimationi consulitur. Unde & in Concilio Ravennatensi, seculo XIV. decretum est, ne ad prædicationis officium admittatur, nisi qui trigessimum saltem annum attigerit, aditâ ratione: quia ad sacriliis muneris functionem existit industria personarum pollentium ætate, gravitate morum, vitæ sanctitate, scientiâ & sermone. (m.)*

APHOR. III.

*Ex hoc consequi, summam adhibendam esse in
conficiendis homilijs diligentiam.*

ID iterum disertis verbis edisserit Paulus, magnaque cum ἐμφάση, Timotheum alloquens: *πρὸς δὲ αὐτὸν δοκιμὸν ὄντα τῷ θεῷ ἐργαίτω ἀπειράχουρον, ὁρῶμεν τὸν λόγον τῆς ἀληθείας.* II. Tim. II. 15. Quod vetus interpres ita reddidit: *solicite cura te ipsum probabilem (probatum) exhibere DEO, operarium inconfusibilem, recte tractantem verbum veritatis.* Quot verba hic sunt, tot sunt requisitæ in Ecclesiæ ministro diligentiae argumenta. *Σπουδαίειν* enim est teridè & studiosè rem agere, seu, ut Vulgatus habet, *solicite*, tot exemplis hanc significationem attestantibus, quot allegari nequeunt. Debet autem Ecclesiæ minister, quem hic repræsentat Timotheus, summâ in id curâ eniti, ut se exhibeat *δοκιμὸν*, usu & experienciâ comprobatum. Est enim *δοκιμὴ* experientia, Rom. V. 4. Usus verò &, ut Philosophi loquuntur, habitus ex crebris acti-

oni-

(m) Cap. XIII, ap. Nat. Al. art. XLIX, §. 2. p. 195.

ECCLESIASTICI VIRTUTIBUS:

onibus, magnâ industriâ & fedulitate exercitis, enascitur. Nec vero probare se Ecclesiæ minister hominibus, quos vel fictâ vel præposterâ diligentia, Marthæ exemplo, *multâ confusâq; curâ confecta*, Luc. X. 41. fallere possumus, sed DEO debet, ipsi veritatis & candoris fonti. Neq; minori virtute hanc diligentiam insinuat vel operarii vocabulum, quod intentum & severum, in rem quampiam positum, laborem involvit, qualis est eorum, qui in vineâ *onus diei & aestum sustinuerunt*, Matth. XX. 12. & Ecclesiæ ministris eo ipso, quia labor & assiduitas præcipua ipsorum virtus esse debet, frequentissimè tribuitur, Luc. X. 2. 7. II. Cor. XI. 13. Joh. IX. 4. I. Cor. IX. 13. Unde & *κοπιῶντες ἐν λόγῳ καὶ διδασκαλίᾳ* dicuntur, I. Tim. V. 17. *κοπιῶντες* verò est cum difficultate & defatigatione rusticorum more laborare, observante G. Pasore. Rectè pulcherrimus Epistolæ ad Timotheum interpres, *Cl. Especaus: cum alij quiescent sine securi, nec vigilent, nec macerentur, nihil curent, hic sollicitudine conficitur, perpetuò meditatatur, tot se laboribus enecans & arumnis exponens.* (n) Debet præterea esse operarius *ἀναπειχῶν* (G), quod *inconsuibilem* reddit Augustinus, *non in pudoratum* Ambrosius; cui nempe nullius criminis conscientia pudorem & ruborem incutiat. Ergo neque ignaviae inertiaeque crimen foedare ministri *ἔργον* seu opus debet. Quam pudendum enim est, si negotium tuum abjectè si timidè, si ignavè, si serviliter muliebriterve facias? Denique si rectè tecare atque tractare Minister debet verbum veritatis, sollicitudinem curamque adhibeat necesse est. Quæ enim perfunctoriè oscitanterque agimus, cum negligentia omnis in vitio sit, quomodo rectè beneque acta centeri possunt? Ecce quanta in uno illo Apostoli loco pro diligentia in componendis hominibus, seu fecando verbo DEI adhibenda, latent fundamenta? Quisquis igitur ex suggestu perorare ad populum Dei instituit, rem tantam nequaquam pro leviculâ aestimet, aut imparatus ad sacrum hoc negotium accedat, memor essati Divini: *maledictus, qui opus Domini negligenter facit*. Jer. XLIII. 10. Semper menti imprimendum est, *Christi nos personam gerere*, II. Cor. V. 20. adeoque industriam & severitatem par est adhibere, DEI majestate dignam. Omnium minimè parvitas gregis, nobis commissa nos ad remissionem & neglectum officii nostri invitare debet, cum parvitas DEO sit grata, Luc. XII. 32. & in parvis magis, quam magnis fidelitatem DEO præstare queamus, Matth. XXV. 21. Nunquam leve & perfunctorium vidèri nobis debet, Dei personam gerere & rem Divinam tractare. Adjicio verba Scriptoris quidem Pontificii, sed hoc industriæ in Ecclesiæ ministro officium memorabile

*Debit
scribere
liber
ite
vita
m
2. 2.*

(n) In I. ad Tim. p. 82.

rabili verborum virtute exprimentis: ideo, ait, nunquam nimis preparata prodire, aut nimiam sollicitudine expendere & elaborare homilias possumus, quas ad promovendam gloriam Dei & religionem dicturi sumus. Qui solum naturali fidunt facundia, aut allegationes cumulant absq; delectu, verbum Dei exponunt derisionibus illorum, qui etsi ad veritatem videndam caeci, lyncei tamen sunt in perspicendis concionatorum defectibus. Culpam itaq; sustinent fastidij, quod negligentia & ruditate sua delicatioribus faciunt; horum enim objectiones, quantum possunt, praevenire debent, omnique conatu id agere, ut radios quosdam invisibilis illius majestatis Divinae, ejus ministri & nuncij sunt, in auditores spargant & augustis his characteribus mentes illorum percellant & firment, qui ob modicam fidem difficillime credunt, quae non vident. Honorem summi Regis, cujus legati sunt, imminuunt, qui non magna cum diligentia annuntiantur, ut ejus mandata cum apparatu decenti & tanto heroë digno proponant. (o)

APHOR. IV.

Non repugnare simplicitati religionis Christianae, homiliis Ecclesiasticis induere exactam ad Rhetorum regulas dispositionem & ornatum.

Id toto quarto de Doctrina Christiana libro tantâ eruditione & modestiâ comprobavit Augustinus, ut trunco quam homini similior futurus sit, id quoniam dubium vocare ausit. Sufficiet nobis speciminis loco adposuisse caput secundum: *Quum per artem Rhetoricam & vera suadeantur & falsa, quis audeat dicere, adversus mendacium defensoribus suis inermem debere consistere veritatem, ut videlicet illi, qui res falsas per suadere conantur, noverint auditorem vel benevolum vel intentum vel docilem proœmio facere, isti autem non noverint? Illi falsa breviter, aperte, verisimiliter; & isti vera sic narrent, ut audire tædeat, intelligere non pateat, credere postremo non libeat? Illi fallacibus argumentis veritatem oppugnant, asserant falsitatem; isti nec vera defendere, nec falsa valeant refutare? Illi animos audientium in errorem moventes impellentesque discendo terreat, contristent, exhiberent, exhortentur ardentem; isti pro veritate leni frigidi que dormient?* Quis ita desipiat, ut hoc sapiat? Quum ergo sit in medio posita facultas eloquii, quae ad persuadenda seu prava, seu recta, valeat plurimum, cur non bonorum studio comparatur, ut militet veritati, si eam mali ad obtinendas perversas vanasque causas in usus iniquitatis & erroris usurpant? Id vero evidentius enitelcet, si & reliquorum capitum argumenta, lemmatibus à D. G. Calixto inclusa, unâ cum commentatiunculâ quaedam nostrâ

(o) Est is Dn. Jarry. Sentim. sur le Min. ap. Lips. Act. 1690. p. 287.

ECCLESIASTICI VIRTUTIBUS.

strâ repræsentrâverimus. Igitur capite tertio docet, Rhetoricæ studium adolescentiæ convenire, cum nisi quis hanc artem citò possit, nunquam omninò possit perdiscere. Ubi tamen simul ostendit, non semper opus esse præceptis Rhetoricis, cum noverimus plurimos eloquentiores plurimis, qui illa didicerint, extitisse, sed eloquentes etiam fieri posse nullâ eloquendi arte traditâ, elocutiones videlicet eloquentium legendo & audiendo, & accedente naturali ingenii fecunditate, quantum assequi conceditur, imitando. Immo quamquam labore & exercitio insignis sæpe concipiendi & enunciandi habitus acquiratur, semper tamen prævalent illi, *quos Dei gratia, ut ille ait, naturalis veluti instinctu quodam absque labore in sublime sensuum & dictionum genus evexit. Hi enim veluti ex fonte rivos effundunt, cum alii, qui arte & labore aliorum ideas & formas sollicitè conquirunt, per longos canales aquam in sterilem fundum deducant, eamque guttatim desillent.* Capite quarto demonstrat, doctori pro re natâ & auditorum ratione, variâ dicendo, præstanda incumbere. Nempe si docenda est Divina veritas & debellandi sunt errores, dicendi viribus opus est, ordine res proponenda est, documentis adhibitis ratiocinandum est. Id quomodo fiet, nisi mera scripturæ verba prælegere velimus, quam eloquendi præsidii? Nam ipse Servator cum Judæis & Paulus cum Pseudo-Apostolis, disputantes, non mera Scripturæ verba protulerunt, sed adversarios suos variis artis armis aggressi, cum iisdem contenderunt. Capite quinto sapientiam potiore esse eloquentiâ, nihil verò præstabilius esse utrâque junctâ, profitetur. Sapientia nempe Divinorum mysteriorum, in verbo revelata atque reposita, omni ornatu exteriori in se nobilior est. Frustra autem ministerium verbi ordinatum esset, quod rectè tractare verbum, idque informando, adhortando, comminando, consolando applicare mortalibus deberet, nisi hæc ipsa exterior propositio, cuiuslibet statui sapienter accommodata, non nullam ipsi verbo virtutem adjiceret. Capite sexto disputat, Scripturis sapientem & germanam eloquentiam inesse, eamque scripturarum eloquentiam exemplis edocet capite septimo. Nihil jucundius, nihil gravius hac Augustini meditatione vel fingi quidem potest. Ita compellit cogitque legentem credere, Apostolos pariter atque Prophetas, & hos quidem, qui ex agris & rusticâ gente ad id muneris assumpti sunt, summam eloquentiam sectatos esse. Id tantum sapienter monet, quod in faciâ istâ eloquentiâ & admirari se ait & stupere, *quod illâ nostrâ ita usi*

B

finis

sunt isti per alteram quandam eloquentiam suam, ut nec eis deesse, nec emiseret in eis; quia eam nec improbari ab illis, nec ostentari oportebat, quorum alterum fieret, si vitaretur, alterum putari posset, si facile agnosceretur. Et in quibus locis forte agnoscitur à doctis, tales res dicuntur, aut ut verba, quibus dicuntur, non à dicente adhibita, sed ipsi rebus velut sponte subiuncta videntur; quasi sapientiam de domo sua, id est, pectore sapientis procedere intelligas. Et tanquam inseparabilem famulam, etiam non vocat am, sequi eloquentiam. Ita illam, quæ in Scripturis latet, quæque quanto videtur humilior, tanto altius non ventositate sed soliditate omnes alias transcendit, eloquentiam describit Augustissimus pater, simulque objectionem ex illo Apostoli desumptam: *si imperitus sermone, tamen non scientiâ*, II. Cor. XI, 6. ita diluit, ut dicat, concedere quasi obtrectatoribus sic loquentem, non tanquam id verum agnosceret, confiteri. Capite octavo doctori perspicue loquendum esse & capite nono, abstrusiora vel proponi non debere, vel conandum esse, ut explicando plana fiant, monet. Et quamquam capite decimo perspicuitatis potiore merito quam elegantia rationem haberi affirmet, cum is sit optimus docendi modus, quo fit, ut qui audit, verum audiat & quod audit, intelligat; tamen capite undecimo comprobatur, perspicue docendum esse doctori & propter fastidiosos, si potest, suaviter. Ut enim alimenta, etsi ea non condiamus, vescentem nutriunt, avidius tamen libentiusque assumuntur, si & condiri ea contingat: ita & Divini verbi cibus, quamquam abjectè incultèque proponatur, animam utique pascit, delectabilius tamen admittuntur, quæ cum iucunditate quadam & elegantia ingeruntur. Univerfa verò hæc sine Rhetoricæ & eloquentiæ adminiculis ne cogitari quidem possunt. Capite duodecimo oratoris esse declarat, ut doceat, delectet, flectat, docere autem necessitatis esse, delectare suavitatis, flectere victoriæ; & capite decimo tertio addit, ita flectendos esse animos, ut, quod faciendum intelligunt, faciant. Nempe non Scriptura tantum ipsa docet, delectat, flectit, sed & minister Ecclesiæ idèd dicitur, & perfectus esse debet, ad omne bonum opus, docendi, redarguendi, corrigendi, adhortandi, consolandi, perfecte instructus, II. Tim. III. 16. 17. ut pandius addere docendo, delectando, flectendo possit. Id enim nisi foret, ad quid ministerio opus esset? Et quamquam ministerium Ecclesiasticum hanc virtutem non habeat à sese, II. Cor. III. 5. sed à DEO, II. Cor. IV. 7. habet tamen utique, illudque exercere potest debetque. Sed & hoc præcipue quomodo fieri possit sine eloquentiæ præsidio, ne animo quidem concipi potest.

*Fugiendam tamen esse immodicam & affectatam,
compositamq; ad seculi mores eloquentiam.*

Non est facile quisquam sive veterum sive recentiorum, quin in e-
nos pro suggestu oratores seridè invehatur, qui oratoriis pigmentis
& Rhetorum figuris, curiosè conquisitis, homilias suas ita luxuriosè u-
biqve colorant, ut id unum efficere velle videantur, quo auditores suos
verborum elegantia & profuso quasi flumine pascant, non rerum mo-
mentis. Quo fit, ut peregrina multa & à textu aliena, quæqve mundum
hunc potius quam DEUM spirant, homiliis ubiqve magno numero in-
tarciantur. Allamodicas vocare possis has conciones, in quibus aliquando
regnat Hispanica quædam grandiloquentia, interdum Gallica adulatio,
nonnunquam humilitas sordidè dejecta. Aliquando eruditionis nostræ
abundantiam Hebrææ Græcæqve lingvæ immoderato luxu, modo histo-
riarum fabellarumq; populo placentium, numerosâ recensione, frequen-
ter inventis ingeniosè figurarum, quibus res sacras pulcerrimè scilicet
vestimus, flosculis & emblematis, ostentamus. Ipsa, quâ dicimus, lin-
gva à simplicitate remota est, utqve conscientiarum ille severus castiga-
tor, *Mengeringsius* loquitur, es muß sich auff Engley-oder Stadtschrei-
ber Teutsch geleeget seyn und die Predigen müssen mit frauen prächtigen
Worten/Formeln und Arten zu reden/nach der Welt Manier und Plaisir ein-
gerichtet werden. Sub initium decimi septimi seculi ratio quædam con-
cionandi invaluit, ut membra homiliarum per *ἑμοσιολογία* designaren-
tur. Vocabantur hi Homiletæ die jungen Terminanten. Quod primò
pulcrum visum, mox gravi multorum Theologorum discussione materiam
præbuit. Plerorumqve iudicio hoc docendi genus, tanquam juvenile
& luxurians, improbatum fuit. Extant apud Dedekennum responsa eâ-
dere, *D. Balduini*, *D. Huteri*, *Theologorum Rosstobien sium* & Anonymi cu-
jusdam. (p) Fulsissimè verò omnium profligat noster *D. Paul. Tarnovius*.
(q) Quamquam alii mitius de eo more censuerint, Basilium ejus aucto-
rem laudantes, & non immeritò ab usum distinxerint ab usu. Comparari
cum hoc more omninò potest is, qui haud ita pridem invaluerat, quan-
do homiliarum initium, medium, finemqve, immò singulas earum secti-
ones, penè dixissem periodos, carminum strophis, ex Opitio, Ristio, aliis-
qve *Poëtis magis quam Prophetis*, ut *Affelmannus* noster loquitur, desump-
tis, vel ad ejusdem artificii tenorem proprio Marte compositis, instru-

B 2

ximus;

(p) Part. I. rec. ed. p. 307. f.

(q) De Min. II. c. XIII. p. 556. f.

DE PRÆCIPUIS ORATORIS

ximus, ornavimusque, qui rhythmum quo ingeniosi magis & raro verborum delectu atque acuto rerum sensu turgabant, eo majorem admirationem excitare credebantur. De quibus merito dixeris:

ô quantum est in rebus inane!

Nempe excessus ubique in vitio est & moderatio cum pietate conjuncta & serio ædificandi studio, laudem meretur. Paulus fucatam illam & seculari eruditione, lenociniis, argutiis, & muliebri quadam facundia inflatam loquentiam potius, quam eloquentiam, quam modo sapientiam sermonis, modo perivulatoria humanæ sapientiæ verba appellat, (r) à suâ prædicatione rejicit, *ne evacuetur*; inquit, *crux Christi & ut præconium ipsius sit in demonstratione spiritus & virtutis, fidesque auditorum suorum fundetur non in sapientiâ hominum, sed in virtute DEI.* Extruxit hinc regulam suam, quam quinto capiti inseruit, Augustinus: *Sapientiam (Divinam) potiorē esse eloquentiâ, nihil autem præstabilius esse utraq; junctâ;* cum non obstante effato suo eloquentissimus fuerit Paulus & jamdiu à Theologis, nominatim Balduino nostro, observatum sit, non excludere Paulum à suis concionibus. *Νῆγυ & αὐθιὰς* simpliciter, sed *ἡ ἀρετὴ τοῦ λόγου καὶ αὐθιὰς* & commendare eloquentiam, humanâ omni superiore sanctioremque. Confirmabo sententiam meam verbis Galli illius, quem paulò ante laudaveram. Is igitur, ut illos reprimat, qui in Sacra Scripturâ nil nisi simplicitatem observant, nec sacram simul in eâ eloquentiam deprehendunt: *nulla, inquit, ideâ eloquentiâ concipi potest, quæ non perfectissimè & multiplici genere atque charactere in sacris literis invenitur. Habent illæ vim & impetum, qui rapit & cogit, unctiōnem, quæ lenit & emollit, dulcedinem, quæ consolatur, majestatem & pompam, quæ percellit, imperium, quod vincit & triumphat. Habent simplicitatem nativam, quæ summè placeat, figuras inexpectatas, quibus extranos rapimur, inimitabiles in omnibus paginis formulas, quibus & admiranda majestas inest. Vicissim de differentiâ eloquentiæ sacræ & profanæ isthæc dicitur: Minimè omnium requiritur eloquentia profanè compta & delicata, quæ formulas seculo gratas affectet & in terminationibus, incisuris & periodis, sonore & æqualiter cadentibus, (hi sunt dic Terminationen und Poëten) venustulum aliquid & floridum aut effeminatum quarat. Nihil magis oppositum est sacræ, quam exigimus, eloquentiæ; hæc enim fortis sit oportet, libera, mascula, generosa, nec non austeritate & mortificatione Evangelii vestita, quæ signa & resseras crucis & penitentiæ secum ferat. Ingens discrimen esse debet inter sermones hominum,*

(r) I. Cor. 1. 17. II. 4, 5.

ECCLESIASTICI VIRTUTIBUS.

hominum, qui vanitatis sunt manipia, & præconum veritatis. *Nihil* majestate cathedra indignius est, quam phrasæ noviter in seculo in-
venias sectari. Fugienda non solum est negligentia & ruditas styli, quæ
auditoribus nauseam facit, sed hæud minori curâ affectatio phra-
sum vitari debet, quæ scandalum pariunt. Hæcille profus præclare.
Nec diversum nostras *D. Hülfemannus* inculcat, sedulo ostendens, quam-
quam Apostoli accensâ igne eloquentiâ, sine conductis Rhetorum su-
scitabilis, mentes ad Divina succenderint, Ecclesiæ tamen postea docto-
res, immediati quippe Spiritus expertes, præceptorum dicendi artificio
naturam juviffe. Quo in genere excelluerint *Basiliius*, *Gregorius Nys-
fenus*, *Cyprianus*, *Chrysofostomus*, *Ambrosius*, *Augustinus*, *Hieronymus*,
ideo *Ciceronianus* dictus, qui Rhetorum facundiam, tanquam *Ægypti*
spolium ad structuram sacri tabernaculi impenderint, memores illius A-
postoli: *si qua virtus, si qua laus, quæcunq; sunt gravia, quæcunq; amabilia,*
quæcunq; bonæ famæ, hæc cogitate, Phil. IV. 8. Ut tamen interea moneat,
dissentas inani sonobuccas & vocum novitates, Rhetoricæ quæ pro ro-
stris concertationes sacrâ concione omninò exesse debere. (s)

APHOR. VI.

Necessariam esse ad componendas habendasq; homilias

*Spiritus S. gratiam, adeoq; illam serijs à DEO
precibus expectandam.*

Robertus Barclaius, Quackerorum doctissimus, multis verborum le-
nociniis disputat, (r) nihil loquendum in Ecclesiâ esse, nisi quod sine
omni hominis labore, immediatâ nempe operatione, Spiritus Sanctus
suppeditet. Quare si in Ecclesiâ conveniatur, in silentio expectandum
esse sanctissimi Spiritus illapsum & sine illo ad dicendum properandum
non esse. Ut autem hic Fanaticismus dudum ab Ecclesiæ nostræ do-
ctoribus, nominatim in Barclaiio, ab *And. Reifero* & *Jo. Chr. Holzhausenio*,
immotis Scripturarum argumentis, quæ hominis studium, diligentiam,
meditationem etiam in sanctissimo prædicationis ministerio requirunt,
Joh. V. 39. I. Cor. XIV. 1. Hebr. V. 14. II. Tim. III. 14. II. 15. fuit reje-
ctus: ita dubio omni caret, sine præviâ Spiritus S. gratiâ neq; prædici posse
Divinum verbum, neq; posse fructuosè & salutariter prædici. Nimis
clarum est Apostoli effatum: *non sumus idonei à nobis ipsis cogitare ali-
quid, tanquam ex nobis ipsis, sed quæ idonei sumus, ex DEO est*. II. Cor.
III. 5. Fit autem Ecclesiæ minister Divinæ Spiritus S. gratiæ particeps du-

B 3

plia

(s) Præf. ad Meth. Concions. (r) Apol. Theol. Chr. c. XI, §. XII, s. p. 248. b.

placito modo! Uno, ut eidem assistat & virtutibus ipsum instruat, ministerium suum peragendi, I. Cor. XII. 4. s. quod à Theologis vocatur donum ministrans; altero, ut eundem inhabitet & sanctitate suâ exornet, quod vocatur donum sanctificans. Priori modo & in irrogenitum Ecclesiæ ministrum, posteriori non nisi in regenitum Divina gratia cadit. Planissimè enim persuasi esse debemus, quicquid agit Ecclesiæ minister, quicquid loquitur, dummodo loquatur *ut verbum DEI*, I. Petr. IV. II. & κατὰ τὴν ἀναλογία τῆς πίστεως, Rom. XII. 6. si vel maximè virtutibus Spiritus Sancti sanctificantibus destituatur, fieri tamen illud non posse sine Spiritu S. quippe cuius ministerium est id, quod gerit, officium, Act. XX. 28. II. Cor. III. 6. Id si negaveris & soli naturæ atque habitui, humanis viribus comparato, adscripseris, confiteri necesse habebis, id donum, quo alios *invidis*, idoneus es, ut ad salutem erudias, non esse à DEO, sed à naturâ, quod & Paulo adversum, II. Cor. IV. 7. III. 5. & apertè Pelagianum est. Neque excipi potest, eo casu non Ecclesiæ ministri operam, sed ipsam verbi Divini virtutem respiciendam esse. Nam nec in regenito ministro ministri aut labori aut pietati, sed unice verbi virtuti auditoris illuminatio attribuenda est & Pelagiani quoque cum ministri vel hominis operâ verbilectionem conjunxerunt, quorum tamen doctrina, quod Divinum verbum ex naturalibus viribus salutari-ter vel intelligi vel tractari posset, ab Ecclesiâ reprobata fuit. Planeque absurdum est, verbum, tanquam DEI organon, erudire ad salutem, & ministrum, verbum tractantem, quocumque is animo esse concipiatur, à virtute agendi instrumentali prorsus excludi. Id enim, quod instrumentum aliud movet, si non sit ipsa princeps causa, & ipsum instrumentum est. Quare si alicubi homini seu ministro omnis agendi virtus adimi videtur, vis tantum principalis ei denegari, non organica intelligitur. Utpote cum Apostoli non loqui, sed loqui Spiritus per Apostolos dicitur, Matth. X. 20. Eodem prorsus modo *Augustinus*, ad Apostoli verba: *unctio vos omnia docet*, perquam eleganter & acutè notat, posse à quopiam objectari: si unctio omnia docet, quid Ecclesiæ ministri laborant? Quid è suggestu tantopere clamant? Et respondet, non obstante unctio illâ tamen ipsum Apostolum scripsisse Epistolam, suosque & docuisse & instruxisse & ædificasse. Principem nempe duntaxat causam unctio istâ designare voluisse Apostolum, non negare ministrum. *Sonus*, inquit, *verborum nostrorum aures percutit, magister intus est. Nolite putare, quemquam hominem aliquid discere ab homine. Admonere possumus*

possumus per strepitum vocis nostrae, si non inius sit, qui doceat, inanis fit strepitus noster. Cum igitur Ecclesiae minister instrumentum sit DEI, ad hominem loquentis, regandus ante omnia enixissimis precibus DEUS est, ut dignum se tanto Domino faciat servum, qui nunquam à celestis veritatis semitâ deflectat, suaque operâ semet saluum faciat & eos, qui ipsum audiunt. I. Tim. IV. 16. Marth. VII. 7. Jac. I. 5.

APHOR. VII.

Non constringere libertatem, à Spiritu S. nobis concessam, qui homilias ad certa verba, memoriae mandata, ad certos textus, horasque adaptent.

Dem Barclajus eodem in loco conqueritur, concionatores nostros non expectare Spiritus Sancti internum in ipsos illapsum, sed merè naturali voluntate homilias suas & humanâ sapientiâ, eruditione atque meditatione excogitare, vel eadem ex Bibliis vel aliis libris Postillatoris furari & ad certas præscriptas regulas, atque ex certis textibus Biblicis, sive ad præsens auditorium, sive non sint accommodati, consarcinare, quæque ita collegerint & in musæolis præcogitarint, memoriæ suæ puellorum instar infigere, denique intra unius horæ, clepsydram dimensâ, spatium psittacorum more recitare; quo pacto & Diabolus prædicare possit. Ita homo fanaticus, ordinis Divini contemptor, buccinator coelestium revelationum; quem in finem & Franc. Lambertum, scriptorem multis ejusmodi *Paradoxis* repletum, allegat. Parum ab eodem absunt, qui in Ecclesiâ nostrâ similes disseminant querelas, das man so kühn seye/die Gläubigen unter dem alten Bund bedürfftiger Sagen zu halten und an gewisse umstände mit ihrem Gottesdienst zu binden / allerhand falsch berühmte Künste / Formen zu wissen / Meinungen / Sitten / Lehren / Einfälle / Statuten, Gewohnheiten / Ceremonien / Thorheiten und Menschengefähe auff zubringen / sich an gewisse Stunden und andre Umstände mit Bestrickung der Gewissen / auch wohl ähndlich zu verbinden und also erteuchtere und durch Christum strengemachte Gemüher unter ein unerträgliches Joch zu stecken. Da ja der sanffte Wind des H. Geistes in seiner Freyheit bläset / wenn und wo er will und dennoch dessen Aufstöße und Würckungen bey dem Verfall derer Christen an gewisse Zeiten / Ort und Weisheit gleichsam befestiget werden wollen. Verum enim verò DEUS DEUS ordinis est & in Ecclesiâ omnia vult ordine atque decenter administrari, I. Cor. XIV. 40. Quomodo verò ordine atque decenter fieri omnia possunt, si neque tempus, neque locus, neque modus in rebus observari potest debet.

debetque? Non ideo, quia Spiritus spirat, ubi & quando vult & quia illapsus ejus ad rerum sacrarum functiones necessarius est, cessare hominis in sacris peragendis industria, meditatio & ordinata dispositio debet. Alioquin & Timotheus otiose expectare Spiritum, neq; *σπουδαίως* studiosè medicari & laborare debuisset, ut probatum se DEO exhiberet laboratorem, qui *εὐθὺς, βένδ,* ordine atque decenter posset *σεκᾶν,* distinctè & fructuosè proponere verbum veritatis, II. Tim. II. 15. Si libertas Spiritus nos liberat ab omnibus cultus Divini circumstantiis, statutis, moribus, ceremoniis, docendi formis, horis, locis, cur in V. T. idem Spiritus S. ministros suos tot statutis & moribus involvit? Itane in V. T. non spiravit, ubi & quando voluit, sed necessitatis cujusdam jūgo fuit subjectus? Nec in V. T. liber fuit Spiritus Sanctus, sed servus? Præterea coipso, quia ab infirmis V. T. elementis liberiores in N. T. facti sumus, libertatem in Ecclesiâ obtinuimus, de ordine Divini cultus & homiliarum sacrarum eo modo disponendi, qui Ecclesiæ DEI sit decorus & salutaris. Non pugnant, meditatio humana & Divini Spiritus illapsus. Uno commate conjungit Apostolus zelum consequendi studiosissimum & Spiritus Sancti descendentia in nos dona. *Ἐμυλάμινι σπικιτιάλια.* I. Cor. XIV. 1. *Ζηλῶτε,* studiosè affectate, ut I. Cor. XII. 31. Si memoriæ imprimere non licet, quæ apud alios proferre necesse est, quomodo Timotheus præceptoris instar committere, quæ à Paulo acceperat, aliis fidis hominibus poterat, ut idonei fierent & ad alios docendos? II. Tim. II. 2. Neque furtum committitur, cum ex catholico totius mundi fonte, Scripturâ sacrâ, Ec. LV. 1. & aliis libris, hunc ipsum in finem, ut omnibus u ui essent, scriptis dicendi materia desumitur. Furtum enim est ablatio rei, non communi usui expositæ, sed alienæ, neque volente, sed invito Domino. Textus singulares, temporis & auditoribus convenientes, exposuere Christus & Apostoli, Luc. IV. 18. Act. IIX. 32. Una hora homiliæ destinatur, non ex superstitiosâ necessitate, sed quia illa nec dicenti adeo molesta est, nec audienti tædium creat. Chrysostrumus in ingenti urbe, Constantinopoli pastor, exigere se ait ab auditoribus non singulorum dierum, sed duorum tantum patientiam & brevem quidem eorum partem. (u) Doctissimus *Hildebrandus*, cui multum antiqui Ecclesiæ ritus debent; *Basilus*, inquit, cognomento *Magnus*, in enarratione Psalmi XIV. docet, conciones suo ævo ultra horam non durasse, immò si homilias Leonis M. Gregorii M. aliorumque evolvas, facile

(u) Hom, XLV. in Joh. III. Sciam initio.

ECCLESIASTICI VIRTUTIBUS.

gile quamcumque intra hora dimidium serè abfolueris. (x.) Quod & doctissimus Ictus D. Casp. Zieglerus observat. (y) Dum verò non-nemo, recentissimam consuetudinem nostram, quâ plusquam duplo longioris temporis mensuram homiliæ nostræ vulgares transgrediuntur, si verò exscribantur typis, conciones inprimis magnorum virorum funebres, spissa etiam & monstruosa nonnunquam volumina, vix integro die recitanda, æquant, cum illa veteri confert & Ecclesiæ plantandæ breviores paræneses, plantatæ longiores & accuratas verbi Divini & omnium capitum fidei Christianæ enarrationes postulasse causatur, (z.) nescio, annon contrarium potius sit inferendum. Quemadmodum dum alius quispiam concionum brevitate ex exemplo Christi & Apostolorum comprobatur, (a) ab altero illo meritò obvertitur, solam ferè epitomen concionum Christi & Apostolorum in codice N. T. ne quaquam verò integras consignatas esse. Ut verò mensura illa nostra vulgaris & Homiletæ ipsi & auditori percommoda est, & ex omnium ferè locorum usu cunctis familiaris reddita, unde talium actionum circumstantiarumque bonitas jure æstimatur: ita varias causas esse posse, sive ex ipsius textus conditione, sive tractandæ materiæ argumento, sive festi temporisve solennitate, sive Ecclesiæ impræsentiarum admonendæ ædificandæque necessitate profluentes, cur extra ordinem extendi prolongarique homiliæ queant, non inficiamur. Dummodo prolixitas non sit affectata, causæque consistat, utpote cum ex vanâ prurigine vel scientiæ nostræ varietatem, vel severitatem Zeli ostentandi, aut aucupandæ alterius inanis gloriolæ, aut quod, quæ dicturi sumus, non debitâ diligentiam fuimus præmeditati, adeoque in auram confusè atque sine certo ordine loquimur, nostrorum obliiti & excusandæ dein ignaviæ nostræ argumenti divitias, aut temporis præter omnem spem præterlapsi injuriam prætexentes, finem dicendi invenire non possumus, præmium laboris nostri non aliud nisi auditorum tœdium, non ædificationem reportantes, contra Apostoli monitum II. Cor. XIII. 10. Quâ de re viri gravissimi subinde monuerunt, inprimis post *Lutherum* (b) *Seckendorffius*. (c.)

APHOR. IIX.

Non posse efficacius doceri, quam cum sana doctrina propositioni infucata vitæ integritas conjungatur.

C

Id

(x) De vet. Concion. c. II. §. XII. (y) In Superint. c. IX. §. 17. p. 95. (z) De Minist. Eccl. 277. Luth. c. II. §. VI. (a) Theol. Cas. Part. V. p. 507. (b) Apud Portam in Past. Luth. p. 80. §. (c) Ibidem Christen St. Lib. III. c. 2. §. 11.

Id adeò clarum est, ut à quoquam in dubium vocari nequeat. Ideò enim ad Ecclesiæ ministrum vitæ innocentiam & omnium virtutum concursum requirit Paulus, II. Tim. II. 15, 24. I. Tim. III. 2. f. IV. 12. Tit. I. 6, 1. & Petrus, I. Ep. V. 2, 3. Frustra verò id facerent, nisi morum actionumque sanctitas plurimum ad ministerii ipsius fructum conferret. Neque etiam quisquam veterum unquam fuit, quin eandem veræ doctrinæ cum inculpatis moribus conjunctionem ad salutarem omni modo officii Ecclesiastici administrationem requisiverit. Id duntaxat & antiquitus, occasione Donatistæ & Novatianæ controversiæ, & recentius à Fanaticarum opinionum patronis, disputari cœptum est; an ita requiratur ad ministerii successum vitæ in ministro probitas, ut eâ absente omnis ministerii fructus intercipiatur, an verò ministri impietas sufflammet tantum & corrumpat ministerii virtutem, non tollat penitus & destruat? Prius illud ab apertis quidem Fanaticis, non verò ab ullo unquam Ecclesiæ verè Lutheranæ Theologo, fuit assertum. Nimis enim perspicua est Ecclesiæ nostræ confessio: *Sacramenta & verbum propter ordinationem & mandatum Christi sunt efficacia, etiamsi per malos exhibeantur.* (d) Quam & manifesto Christi dicto, Matth. XXIII. 2: 3. & veteris Ecclesiæ adversus Donatistas decreto comprobatur, quos ideò illa damnaverit, *quia negabant, licere uti ministerio malorum in Ecclesiâ & sentiebant, ministerium malorum inutile & inefficax esse.* Ergo impiorum ministerium adeò non omni destituitur fructu, ut potius sit utile atque efficax. Sunt quidem tum veteres, tum recentiores Ecclesiæ doctores, qui in præsentibus argumento ita nonnunquam loquuntur, quasi omnem impiis ministris ædificandi virtutem abjudicarent. Odium suum & detestationem adversus impurum ministrorum genus eo pacto proferre in lucem & damnum ingens, quod Ecclesiæ ab iisdem patiuntur, cum verborum *μαρτυρία* quæpiam describere volunt. Ut hortulani incurvum tenellæ arboris ramum in alteram nimium partem, vitium correcturi, deflectunt. Non tamen illi ideò omne impiorum ministerium efficax esse inficiantur. Idem Augustinus, qui dixerat: *predicare veritatem nihil est, sicut à lingua dissentiat;* (e) complurimis aliis in locis ministerii, etiam mali, virtutem, Spiritu S. per id operante, commendat. Planè memorabilis locus est, qui secundo de Doctrinâ Christianâ libro legitur, è quo nonnulla, veram de hoc argumento sententiam non repræsentantia tantum, sed eandem etiam firmiter comprobantia, opera pretium fuerit excerpere. Cum nempe dixisset

(d) A. G. Art. II. X. (e) En. in Ps. LVII, Tom. II. X, p. 582.

dixisset, Spiritum S. insufflatum Apostolis, ut officio suo fungi possent, deque illis dictum esse: *non vos estis, qui loquimini, sed Spiritus S. qui in vobis est*, ne quis putet, ad solos hoc Apostolos, aut pios illorum exemplo ministros, dictum esse, subjicit: *Spiritus autem sanctus in Ecclesie præpositio vel ministro sic inest, ut si fictus non est, (si & doctrinâ & vitâ verus est Ecclesie minister) operetur per eum Spiritus Sanctus & ad ejus mercedem in salutem sempiternam, eorum regenerationem vel edificationem, qui per eum sive consecrantur, sive evangelizantur. Si autem fictus est, (doctrinâ quidem sobrius, vitæ malitiâ impurus) quoniam verissime scriptum est: (Sap. I. s. ubi præcesserat: Spiritum S. non habitare in corpore subdito peccatis) Spiritus enim S. disciplina effugiet fictum: deest quidem saluti ejus, ut auferat se à cogitationibus, quæ sunt sine intellectu; ministerium tamen ejus non deserit, quo per eum salutem operatur aliorum.* Quam sollicitè distinguit in Ecclesie ministro donum sanctificans, quo suæ animæ salutem, & ministrans, quo aliorum, procurat? Ut tamen utrumque donum ab eodem sit Spiritu, qui quamquam non inhabitet ministrum fictum & impurum, gratiâ suâ sanctificante, non tamen eundem deserat ministrantem. Quod cum comprobasset illo Apostoli, 1. Cor. IX. 17. *si invitus hoc facio, dispensatio mihi credita est, si volens, mercedem habeo*, subjicit & declarat: *illis prodest, quibus hoc dispenso, non mihi, qui fictus sum. Qui enim invitus facit propter commoda, gaudiaque carnalia, quæ, si aliter habere posset, illud desereret, ipse utique fictus est, ideoque invitus facit, sed eis prodest, erga quos facit; se autem tantum à mercede salutis alienat, non etiam illos privat, quibus cibaria Domini etiam malus servus impendit.* Cumque pluribus hoc ostendisset, inque asserti sui veritatem & locum Apostoli ad Philippenses (f) recitasset: *quid enim, dum omnimodo, sive occasione, sive veritate Christus annuncietur, & in hoc gaudeo atq; gaudebo, ita concludit: nunquid permetteret eos Christum predicare, cum Evangelii veritatem non veraci cordis castitate predicarent? Nunquid de talium predicatione gauderet, nisi sciret, quod illis quidem perniciosum esset, rem castam non castè annunciare, illis autem salubre, qui bona & vera per eos audientes profiterentur ad salutem?* Supponit in his omnibus Augustinus, ministrum, de quo loquitur, vitâ quidem impurum, doctrinâ verò purum esse. Si enim doctrinâ quoque foret impurus, non audiendum esse, sed fugiendum utique concedit, illud urgens Apostoli,

C 2

Gal.

(f) C. l. 15. 16. 17. 18. cujus loci memorabilem commentarium exhibet. Enarez; in PL. CXV. Tom. II. p. 1330.

Gal. I. 8. I. Tim. I. 3. *Illos autem inquit, invidiosos, contentiosos, contumaces, non castos, occasionem quærentes facienda sua mala voluntatis, quia sic eorum fictionem fugerat Spiritus Sanctus, ut eorum non desereret ministerium, (invidiosus inquit & malus minister Augustini iudicio nihilominus est minister Spiritus Sancti) quo per eos Christus predicabatur, non solum non permittit, ut faciant, sed gaudet, quia faciunt.* Non est illustrior in totâ antiquitate locus, qui Augustinæ Confessionis de hoc argumento doctrinam, vel illustraret apertius, vel comprobaret solidius, quem ipse Augustinus non immerito hac cautelâ obsignat: *Hæc de Scripturis Sanctis documenta proferimus, ut appareat, facile non esse quicquam gravius sacrilegio schismatis, quia præcidenda unitatis nulla est iusta necessitas, cum sibi nequaquam spiritaliter nocituros malos (Ecclesiæ ministros) ideo tolerant boni, ne spiritaliter se jungantur à bonis.* (g) Si verò hæc vera sunt, quid iudicabimus de his similibusque effatis? Ein Unterehrter Lehrer seye kein Hirt der Schaffe. Wann er gleich in der Welt vor allen Menschen vor einen Seelenhirten oder Seelsorger gehalten werde, so werde er doch von Gott nicht also angesehen/sondern Gott erkenne Ihn vielmehr vor einen Dieb und Mörder. Gott gebe Ihme auch keine offene Thür des Wortes und seye da kein seggen bey seinem Lehren und Predigen. Er führe seine Schaffe nicht auff die Warhafftige Wege des Glaubens/ da der Mensch seinem Gott in dem Geist und in der Wahrheit diener. Dann weyl ein solcher selbst nicht auff seinen Wegen stehet/ noch die Göttliche Wahrheit/ die uns daruff weysset/ in seinem Herzen geschmecket hat/ sihe soltan er auch andere nicht daruff weysen/ noch die Göttliche Wahrheit also vortragen/ das andere dadurch auß ihren verderblichen Wegen können herauf gebracht werden. Equidem non ideo negat Augustinus, summa per impios Ecclesiæ ministros Ecclesiæ damna inferri. Facile enim fieri potest, ut vitiiis coinquinatus aliorum vitia non liberè reprehendat, ut frigide elenchum exerceat, ut auditores quoq; suo exemplo ad vitæ impuritatem invitentur, (nam juxta Chrysostomum (g) ubi facta desunt & sola adest doctrina, palam fit, cum, qui docet, irrisorem esse & suam propriam doctrinam falsitatis arguere, ut in docendo dexteritatem suam probat) ut ob impietatem suam & veram corrumpat doctrinam & ob seriarum precum defectum successum officii sui sufflaminet. Unde tralatitium est & ideo ordinationi quoq; Ecclesiasticæ Saxonice insertum: Wo des Predigers alle Wort und Werck

(g) De Doct. Chr. II, c. XI, (g) Apud Sozom. II, H, E, c. 2.

Werd nicht eine Lehr und Zuger d seind / da wird / was mit der einen Hand
 erbauet / g eich wieder mit der andern abgerissen und die Kirch beydes in
 sträflichen Lastern und ärgerlichem Exempel verderbet. (h.) Sed quia nihi-
 lominus nec in malo ministerio omnis divina benedictio exulat & dicente
 A. C. etiam malorum ministerium non inutile & inefficax est, dicen-
 dum omnino, Divino quidem verbo virtutem sanctificantem, à quo-
 cunque purè prædicetur, indivulso nexu conjunctam esse, neque un-
 quam illud fructu planè *vacuum ad Dominum redire*, Ec. LV. 10. 11: tamen
 impietatem ministri impedimentum non exiguum auditorum animis ob-
 jicere, quo minus virtutem suam exercere & fructificare possit, quoq;
 magis impietas notoria & scelera sunt extantiora, eo minus à prædicato
 verbo fructus in auditores derivari, ubi verò impietas in animo tantum
 residet, neque omnium conspectui evidenter patet, piissimè utique
 credi, fieri Divinâ providentiâ, suæ Ecclesiæ advigilante, ut vitâ minus
 probata verbi operationem non multum impediât, cum à plerisque ta-
 libus ministris videamus verbum Divinum ex optimis homiletarum li-
 bris proponi & vitâ etiam ab iis, qui ab iisdem intra animum tamen
 suum non abhorrent, seriò reprehendi, pios etiam non ignaros, do-
 ctrinam docentis non vitâ respiciendam esse, Matth. XXIII. 3. unice vo-
 luntati Divinæ, in verbo revelatæ, adherere. Et quamquam certum
 sit, ubi dona ministri pij & impii sunt æqualia, ministrum pium, cum in ap-
 plicando ad auditores verbo juxta veras conscientiæ regulas sit accura-
 tior & ob preces ipsius ardentissime iustas, Deoque placentes, labores
 ipsius Divinâ benedictione magis secudentur, sapissimè fructuosius
 quam impium ædificare, verosimile tamen videtur, si pio quantumlibet
 Ecclesiæ ministro desit docendi, admonendi, arguendi, consolandi do-
 num, illo verò excellat impius, pietatem tamen per hypocrisim ita simu-
 lans, ut pro pio ab omnibus habeatur, plus sæpe hunc quam illum fru-
 ctus Ecclesiæ adferre. Utcunque verò hæc omnia sese habeant & qua-
 cunque sint in Ecclesiâ miristro dona, pietate & vitâ innocentia illis in-
 comparabile pondus adijci, nemo ullo unquam tempore dubitavit. Ar-
 gumenta in fronte hujus aphorismi produximus. Præclare Hilarius:
*Non statim boni atq; utilis sacerdotis est, aut tantummodo innocenter agere,
 aut tantummodo scienter predicare. Cum & innocens sibi tantum profi-
 ciat, nisi doctus sit, & doctus sine doctrina sit auctoritate, nisi innocens sit.
 Non enim Apostolicus sermo probitatis honestatisq; præceptis hominum ad-*

tum seculo conformat ad vitam, neq; rursus per doctrina scientiam scribare synagoga instituit ad legem, sed perfectum Ecclesia principem effectis maximarum virtutum bonis instruit, ut *Evil* ejus ornetur docendo & doctrina vivendo.

APHOR. IX.

In Homiliis primò omnium serio intentissimoq; studio auditorum edificationem querendam esse.

DUO sunt vulgaria concionatorum genera. Nonnulli mercenarii sunt & idè tantum homilias suas convetis horis, levi labore ex aliis compositas, aut tantum aliunde surreptas & memoria impressas, effundunt, ut ex salario suo & redditibus vivere possint. Utinam verò hi non præcipuam ministrorum, in agro præsertim, constituerent partem! Alii omne, quod ipsis à liberali naturâ, DEIqve manu, concessum est, perorandi artificium eò tantam destinant diriguntq; ut videantur laudenturqve ab hominibus. Igitur vel eruditionem tantum suam, vel in dicendo facundiam, vel subtilitatem in inveniendo, vel in gestuum multitudine atqve varietate severitatem, vel laborem sudoremqve in pronunciando vociferandoqve, sedulo ostentant, gloriam unice suam & coram superstitioso vulgo laudem aucupantes. Adèd ut dicente Gregorio M. sepe quietiam contra vanam gloriam prædicant, eodem ipso sermone vanam gloriam querant. (i) Quorum non exiguum numerum in majoribus urbibus reperiri experientiâ edocemur. Graphice hos describit auctor Commentariorum in Epistolas D. Pauli, qui Hieronymi vulgo operibus adjiciuntur, cum locum illum Apostoli: operarii subdoli, transfigurantes se in Apostolos Christi, II. Cor. XI. 13. exponit: Subdolius est, inquit, qui aliud fingit, cum aliud agit, ut sub contemplatione Evangelicæ prædicationis conegat rapacitatem. Tales enim prædicatores, ut hominibus placeant, ne esse est adulari, ut adulando placeant & placendo accipiant; ea, quæ commendantur, dicunt, non ea, quæ adificent audientem. Pleriq; eorum non tam pecuniam desiderant, quam honorem, arbitantes, se summis opibus esse ditatos, si ab omnibus collaudentur. Sed nec pecunias idè spernunt, quia non habent, sed quia in reconditis habent. Veri autem & simplices magistri Apostolos imitantur, dicentes: neque enim sumus in sermone adulationis aliquando, nec in occasione avaritiæ, non querentes ab omnibus gloriam, nec à vobis. Hæc ille verissimè. (k) Quisquis verò stupendam officii hujus, non hominum

(i) II. Super Ezech, XLIII, l. II, p. 299. (k) Tom. IX, Hier, p. 341.

minum corporibus, sed animabus, pretioso Christi sanguine redemptis, invigilantis gravitatem, Act. XX. 28. quisquis presentissimum damnationis periculum, quod ignave negligenterque prædicandi officium facientibus, Jer. XLIX. 10. à Deo denunciatur, Ez. XXXIII. 8. intra animum suum probe expendit, quidni contentissimo studio & ex totâ animi sui sententiâ laborem Ecclesiasticum fubeat, dies noctesque, omnibus consiliis conatibusque suis id tantum agens, ut homiliis suis mox mysteriorum expertes pro cujuslibet captu erudiat, mox in torpore quodam constitutos excitet & inflammet, tum devios à Divinarum legum viâ reducat in ordinem, flagitiosos summâ severitate, positâ ante oculos Divinæ indignationis atrocitate, coarguar, pressos sub calamitatum jugo erigat & consoletur. Vide, quam sollicitè, quantâque verborum anxietate ad hanc officii diligentiam exuscitet Paulus? I. Tim. I. 18. 19. III. 2. f. IV. 10. 1. V. 20. f. II. Tim. II. 3. 4. 14. 15. 24. IV. 2. 5. Tit. I. 7. f. II. 1. Semper in animo, in oculis sit Homiletæ salvatoris nostri exemplum, cujus conciones vividæ erant, *ὡς ἐξοίαν, ἔχων*, instructæ & animatæ, Joh. VI. 63. DEO plenæ, quæ auditores tanquam fulmina penetrabant, cum Scribarum essent elumbes, dilutæ & frigidæ, nihil Divini spirantes. Docebat *ὡς ἐξοίαν, ἔχων*, Matth. VII. 29. Marc. I. 22. Luc. IV. 32. Infra hujus vocis dignitatem & emphasin consistunt, quotquot auctoritatem tantum quandam singularem, regiam vel Divinam, in verbis Christi confedisissent, quasi non prædicandi tantum, ut homo, sed & præcipiendi jus, ut DEUS, habuissent; quomodo plerique, etiam celeberrimi, critici exponunt, Erasmus, Vatablus, Zegerus, Grotius, Tremellius, Beza; quippe jam olim ab incomparabili Chemnitio (1) observatum est, involvi hac loquendi ratione præcipuè miram quandam *ἐξοίαν*, vim, efficaciam, gravitatem, Zelum, libertatem, gratiam, quâ quæ dicebat, & jussâ connexione disponere & exquisita proposito & intentioni suæ verba adhibere, denique vi quædam imprimere dicta in hominum pectora videretur, cum aculeo quodam, alius amorem, aliis terrorem incutiendo. Quo pacto & Paulus *potentibus se armis* ait pugnasse, *ad demolendam omnem celsitudinem*, II. Cor. X. 4. & sermonem suum fuisse *in ostensione Spiritus & potentia*, I. Cor. II. 4. neque se verbis nudis Pharisæorum more, *βασιτελοῦντες αὐτοῦ*, Matth. VI. 7. XXIII. 14. sed *potentiâ & Spiritu*, multi æque fiducia prædicasse, I. Theſ. I. 5. Quod ipsum alibi vocat *ἡν ἐξοίαν, potestatem à Deo sibi datam ad aedificationem*, II. Cor. X. 8.

(1) Harm. Ev. c. XXXVII. p. 314.

EX

DE PRÆCIPUIS ORATORIS

X.8. Nempe ut rex atque princeps, quod loquitur, cum imperio & vi, cui resisti nequeat, loquitur: ita doctor Ecclesiæ loquitur *cum sapientiâ & Spiritu*, id est, cum vi argumentorum, *quibus refragari veritatis & pietatis hostes nequeant*, exemplo Stephani, Act. VI. 10. Unde & *Præceptores* dicuntur, quasi quodam argumentorum robore, *in veritate & dominio*, ad fidem, doctrinæ & monitis suis habendam, discipulos suos cogentes. Quâ in re Christus, Magister noster, *ἐν πάθει*, *excelluit præ omnibus*, Col. I. 18. adeo ut & sacerdotum summorum satellites solâ verborum ipsius majestate percussi manus ab illo abstinerint, cum tamen ab heris suis ad ipsum comprehendendum missi fuissent, Joh. VII. 45. 46. Æquum igitur est, ut constituti ab ipso Ecclesiarum ministri, quilibet pro modulo viribusque suis, eundem, Dominum & ducem suum, studiosissimè impigerrimeque confectentur.

APHOR. X.

In gestibus moderatum parcumque esse debere

Ecclesiæ oratorem.

Est equidem pronuntiatio & actio orationis quasi anima. Illa enim vitam motumque rebus conciliat, peritque sine ea omnis in audientium animis gratia. Qui pro suggestu vel uno soni tenore, vel stans manibus pedibusque immotus, dicit, recitat sermonem, non perorat. Sine vocis vel elevatione, vel depressione, vel gubernatione oratio idolo exanimi similis est, voces omnes, phrasæ & periodi mortuæ sunt, frigida sunt, ineptæ sunt. Auditorem nec afficiunt, nec excitant, nec attentum reddunt. Verum cum sacræ, non profanæ, pronuncientur orationes, grande illud discrimen in ipsam quoque actionem profluat necesse est. Talem nempe gestu, voce, totoque personæ habitu exhibere se debet Homileta, ut inter sermonem & ministerium suum conformitas deprehendatur. Nec enim optimus honestissimusque in concionatore habitus externus ille est, qui ad regulas mundi componitur, sed qui ad commovendos convertendosque homines omnium est aptissimus. Paulum Samosatenum scribunt patres Antiocheni Concilii apud *Eusebium*, (m) in sublimi Ecclesiæ throno sedentem, tantâ vehementiâ concionatum esse, ut femur manu percusserit & tribunal pedibus pulsaverit, veluti histriones & comædi facere solent, qui varias adhibent gesticulationes. *Am-bitiosam* vocant *hominis in Ecclesiasticis conveniibus vanitatem*. Non exulare à sacrâ oratione omnem gestuum ceremoniam, dummodo non sint turbulenti,

(m) VII. H. E. c. XXX. p. 280.

turbulenti, iracundi, scuriles, ridicul, & cum excessu quopiam, debere, Prophetarum, ipsius Christi, Apostolorumque exemplo edocemur. (n) Ut tamen gestus, ita & vox ipsa ad gravitatem debet esse composita. *Nolo te*, ait ad Nepotianum de vitâ clericorum Hieronymus, *declamatorem* *Grabulam esse, garrulumque, sine ratione, sed mysteriorum peritum. Verba volvere & celeritate docendi,* (nam & Lutherus tardiozem commendavit pronunciationem (o) *apud imperitum vulgus admirationem sui facere, indoctorum hominum est. Nihil tam facile est, quam volubilitate lingua vilem plebeculam & indoctam concionem decipere, que, quicquid non intelligit, plus admiratur.* (p) Unde & in Concilio Andegavensi, seculo XV. patrum decreto cautum est, ut verbum DEI cum omni reverentiâ & humilitate prædicent Ecclesiarum concionatores, *cessantibus horridis clamoribus & imbeciosis manuum elevationibus, excessivis signis & gestibus.* (q) Placet igitur nobis eximie U. AL. *Seckendorffii* iudicium, quod ided huc, quamquam paulo prolixius, transcribemus. Von der Proaunciation und Action, oder der Aussprach und Gebärden/so zum Theil von der Natur/mehrtheils aber von der Uoung und Gewohnheit/ herkommen. Wann man die Art des starcken Schreyens/ sambt der Heftigkeit der Gebärden/welche von Aiters her in der Römischen Kirchen von den Predigern gebraucht worden/ und zum Theil noch im Schwang ist/ gegen diejenige hält/welche die meiste in der Protestirenden Kirchen beobachten/ (quamquam in hac ipsâ nonnullis in locis, velut in superiore Germaniâ ad Rhenum & Danubium, planè nulli, alibi, velut in Germaniâ inferiori, plurimi, sæpe etiam immoderati, gestus deprehenduntur) so ist dabey ein grosser Unterschied zu mercken. Man hat aber sonder Zweifel die sitzame Rede und Mäßigung der Gebärden für zuziehen/ als welche nicht nur der Natur gemäßer ist/ sondern sich auch besser vor einen Christlichen und sanftmüthigen Lehrer schicket/ auch am wenigsten von Theatralischer und frischer Kühnheit an sich hat/ die beym G. D. Dienst billig zu vermeiden. Es sind auch gewisse Vortheile/ welche man in der Jugend lernen und üben muß. Zum Exempel/ die Stimme abzuwechseln/ nicht in einem tono und cadenz, nicht zu langsam/ nicht zu geschwind/ nicht zu hoch und fle in/ nicht zu tieff und verdumpffen zu reden/ die Sprache nach denen materiis und daraus entstehende Bemühtsbewegung zu richten/ damit die Zuhörer Empfindung und Aufmunterung bekommen. [*]

D

APHOR.

(n) Ez. IV. 1. f. VI. II. Matth. XI. 49. Marc. IX. 36. Joh. II. 6. Act. XIII. 16. XIII. 51. XII. 6. XXVI. 1. (o) V. Portæ Past. Luth. p. 30. (p) Tom. I. p. II. (q) Apud Natal. Alex. sec. XV. p. 212. rec. ed. c. VI. art. VI. (*) Lib. III. des Christen. Et. c. X. 5. 21. p. 647.

Ex h. h. j. s. all. h. h. imitabilis:

... .. VI. 35. 21.

*Inde dandam esse operam, ut ad lacrymas potius, quam
ad risum plausumque auditor commoveatur.*

DOcet ex antiquis monumentis diligentissimus priscorum rituum indagator, D. Joach. Hildebrandus, (r) & ex eodem, ut puto, D. Jo. Andr. Quenstedius, (s) morem viguisse apud veteres, ut si tractator vel difficilem aliquem e Scripturâ locum feliciter enucleasset, vel concinnum aliquid & eximium protulisset, mox manibus adplauderent auditores, mox ore. Nec videtur mos ille quibusdam omninò displicuisse. Ipse Augustinus ei aliquoties adblanditur, testatur: *ita veritatem, sic demonstratam, sic defensam, sic invidiam delectare.* (t.) Sed cum adverteretur, consuetudinem illam in infandum degenerare abusum, sive concionatoribus ipsis applausum variis lenociniis & artibus, carnaliter, quasi regnum adepti essent, exili se gaudio, si autem silentio sermorum stauderetur, majorem illis ex silentio, quam ex gehennâ merorem incessisse, Chrysostomus scribit; & quem supra memoravimus, Paulus Samosatenus, increpatione ideò plebem & objurgatione compulit ad plausum, sive auditoribus aliapotiùs omnia, quam quæ solidam haberent laudis materiam & profectum emendationis, admirantibus & laudantibus. Nam Augustinus alicubi conqueritur, plausum populum dedisse, dum nuda quaestio proposita, nec dum decisa, fuisset. Quare in hunc morem Chrysostomus praesertim & Hieronymus ubique acerrimè invehuntur, plaususque loco auditorum desiderant lacrymas. Illustris praecipuè Hieronymi locus est: *Quemcumque videris in Ecclesiâ declamator em & cum quodam lenocinio ac venustate verborum excitare plausus ac risus excutere, audientes in affectus letitiae concitare, scito, signum esse insipientiae, tamen, qui loquitur, quam eorum, qui audiunt. Verba quippe sapientum in quiete & moderato audiuntur silentio; qui verò insipiens est, quamvis sit potens & clamorem suae vocis, sive populi habeat acclamantis, inter insipientes computabitur.* (u) Exolevit quidem hic ritus temporis tractu, sed proplausu nunc captantur vel laudes, vel munera, vel populi favor. Conqueritur jam suo tempore Hieronymus, plures sacerdotes blanditiis suis magnates hujus mundi beatos vocasse & columnas Dei & cetera, quae solent adulatores dicere, ut munera divitiasque consequerentur, cum

verus

(r) De vet. concion. c. III. §. XXXI. (s) in Antiq. b. b. l. p. 3. 2. 1. (t) De civ. Dei. Christi IV, 26; (u) In Eccl. 12. c. 3. m. VII. p. 91.

ECCLESIASTICI VIRTUTIBUS

verus doctor Ecclesiasticus lacrymas, non risum moveat. (x) Alibi ea tantum refert docere quosdam, *quæ populum audire delectet, ut peccatores palpent in vitio, (ut palpum iisdem obrudant) & strepitus concitent audientium.* In hos quadrare ait illud Ecclesiastæ: *In risu faciunt panem & vinum, ut reputentur bibentes & pecunie obediunt omnia.* (y) Nonne, inquit, quando in Ecclesiâ lascivi orator & beatitudinem & regna cælorum multitudini pollicetur, videtur tibi in risu facere panem? Eo quod, qui docent, divitias & cibos & opes per delectabiliâ promissa conquirant & quod doctores, postquam adulatione ditati sunt, regnum in populos exercent? (z) Verè hæc dicuntur in illos magnorum principum, aut magnarum urbium concionatores, qui non aliâ quam cœdâ adulandi arte, & titulos iisdem admerentes immensos & encomia delicatissima, eorum captant & æstimationem plusquam humanam, ad Herodis exemplum, Act. XI. 21. 22. & liberalitatem profusam. Qui gloriantur, ut ait ille, quando habent pœnitentes, (Deicit. Rinder) auditores, affectas, nobiles, divites, splendide vestitos, plebejos verò & squalidos agrè vident, agrè audiunt & admittunt. Sensus hic est vanitatis, non veritatis, mundi, non Christi. Qui memores esse debent illius: *Post hunc, non bene olet, qui bene semper olet.* Itane hominum servum sumus, ut prædicare debeamus *juxta servitutem oculorum, tanquam hominibus placentes?* Gal. I. 10. Eph. VI. 6. turpique tantum inhiare lucro? I. Tim. III. 3. Tit. I. 7. I. Petr. V. 2. Verius denudò Hieronymus: *docente te in Ecclesiâ, non clamor populi, sed gemitus excitetur. Lacryma auditorum laudes tue sint.* (a.) *Acclamationibus enim se delectari populus, flecti auzem lacrymis indicat,* ait Augustinus. (b) *Quod si dixeris, & ad gaudia inflammare Apostolum, Phil. IV. 4. & Angelum cœlestem, Luc. II. 10. & ipsum Evangelium nihil aliud esse quam concionem lætitiæ, Es. LII. 7. tum facile responderetur, carnale perstringi gaudium, non illud, quod est Spiritus & in Domino. Illud in externos prorumpit plausus & laudes concionatoris, hoc intra animum potius recipitur contineturque. Denudò jucundissimè Hieronymus: dicentis laus in fletu est audientium. Tacite voluntur per oralacryma & ne quidem in singultus prorumpit dolor. Cum verò de regno Christi & de futurâ beatitudine & de gloriâ ceperit annunciare venturâ, videas cunctos moderato suspirio & oculis ad cælum levatis intra se dicere: quis dabit mihi pennas, sicut columbæ & volabo & requie-*

D 2

(carn)

(x) In Eccl. II. Tom. V. p. 19. (y) Eccl. X. 19. (z) In Eccles. XI. Tom. VII. p. 28.
 (a) Ad Nepos; Tom. I. p. 147. (b) IV. de Doct. Chr. c. XXIV. p. 101.

seam? (c) Scitum est, nec ineptum tamen, quod de P. Ramirezio, celebri concionatore Hispano, narrat Cornelius à Lapide, cujus in hac ipsâ recensione utemur verbis. *Vis, inq̄uebat ille, scire, an concio bona, an concionator bonus fuerit? finitâ concione inspice populum domum redeuntem. Si videris cum exporrectâ fronte bilarem, ad invicem colloquentem, connutantem, applaudentem: ô quam benè dixit! quam eloquens, quam doctus? quam eleganter peroravit hic concionator? scito, malum concionatorem & vanum fuisse. Sin populum domum redire videas tristem, demisso vultu, silentem ac quasi meditabundum ac percussum, scias, bonam fuisse concionem, quæ non aures, sed cor populi tetigerit & pupugerit atque luctum & lacrymas elicuerit.* (d)

APHOR. XII.

*Simplicitatem, sobrietatem, castitatem, prudentiam
in perorando merito laudari.*

Simplicitatem intelligo oppositam cerussato orationis fucò. Utenim ipsa Scriptura S. simplicissimo intaminatoque dicendi genere conscripta est, neque vel peregrina vel sublimia facile orationis pigmenta affectat, ita idem faciendum esse Scripturarum interpreti, ut Spiritui per Scripturas loquenti similis fiat, nequit dubitari. Hunc enim ipsum in finem Scripturarum ei lectio, non perfunctoria, sed sedula & indefessa, commendata est. II. Tim. III. 14. 15. 16. Cumque finis Homiletæ sit docendo informare, suisque instillare Divinorum mysteriorum sensum & verò auditorum suorum, ubicunque demum sit locorum, major pars ex simplici & vulgari hominum genere constet, nihil æquius est, quam toti se potius coetui quam paucorum ingenio accommodare. *Non hoc cura mihi esse debet,* ait aliquando ad concionem suam Chrysostomus, *ut multa & sublimia dicam, sed quantum vobis facile sit mente capere, quo cum lucro hinc abire liceat. Nam si nos plura quam par sit & graviora dicamus, vos verò nihil inde percipiatis, quæ utilitas? Scitis enim, quod propter vestram utilitatem hunc laborem suscipimus & justam nos mercedem accepisse credimus, si vestrum videamus profectum.* (e) Collegit Contr. Porra (f.) exquisitissima Divini Lutheri hac de re monita, è quibus unum alterumque excerptemus. *Wer in der D. Schrift seine Ehre suchen will/der ist unfinnig, toll und thöricht. Denn dieselbige ist gegeben zu G. D. Des Ehre/nicht zu der Leute Ruhm. Poëten/Juristen/schönen Mägden mag es zu weilen also*
hingē-

(c) Ad Eustoch. Tom. I. p. 147. (d) Præf. in Lament. Jer. p. 192. (e) In Gen. 18. Hom. XXXIX. Tom. I. p. 220. (f.) In Pastor. Luth. p. 73. f.

hingehen/ daß sie in ihren Gaben stolziere und hoffertig sind/ so fern es andern nicht schaden thut; wiewohl es nicht recht ist/ wer kann aber wehren? Aber in der H. Schrift soll sich ein jeglicher demüthigen und **GOTT** allein die Ehre geben. Alibi: Versucht und vermalebeyt sind alle Prediger/ die in der Kirchen nach hohen schweren und subtilen Dingen trachten und dieselbige dem Volck fürbringen und davon predigen/ suchen ihre Ehre und Ruhm/ wollen einem oder zweyen Ehrgeizigen zu gefallen thun. Wann ich allhie predige/ lasse ich mich auff's tieffste herunter/ sehe nicht an die Doctores und Magistros/ deren in die 40. darinnen sind/ sondern auff den Hauffen junger Leute/ Kinder/ und Gesind/ die in die hundert oder tausend dar sind/ denen predige ich/ nach demselben richte ich mich/ die dürffens. Wollen es die anderen nicht hören/ so stehet die Thür offen. Darumb beleiße dich/ das du einfältig/ vernemblich/ lauter und rein predigest und lehrest. Denuo: Wie eine Mutter ihr Kind/ kein stiller/ pappelt und spielt mit ihm/ schenckt ihm aus dem Büßen ihr Milch/ darff weder Wein noch Malvasir geben. Also sollen die Prediger auch thun/ sollen in ihren Predigen einfältig/ schlecht und gerecht lehren/ daß die Einfältigen vernemen/ fassen und behalten können. Wann die Prediger zu mir/ Philippo oder Pommern in das Haus kommen/ da mögen sie sich hören lassen/ wie gelehrt sie seind/ da solten sie noch wohl confundirt und zu Schanden werden. Aber auff der Cangel Griechisch/ Ebreisch und Lateinisch in predigen mit einsprengen und alles krauß und hoch machen/ ist ein lauter Hoffart die sich an die Form und Zeit nicht reimt. Allene geschicht's/ daß die Armen einfältigen lähen sich verwundern und sie loben. Ey/ sprechen sie/ daß ist ein wohlgelehrter beredter Mann! Ob sie wohl nichts davon verstehen. Es seind mit einem Wort/ ungeitige und unreiffe Heiligen/ Naßweise und Klüglinge. Quamquam verò simplicitas Scripturæ semper imitanda est, verba tamen Scripturæ perpetuò retineri, si sensui inhæreamus, qui Scripturæ anima est, non est necesse, imò ne quidem possibile. Cum Hebraicè Græcèque locuti sint sancti DEI homines, ridiculum foret, verba verbis reddi, quod ex magnâ superstitione in Bibliis suis Germanicis fecere Judæi, cum igitur in nostris lingvis sensus repræsentandus sit, variis id locutionibus & circumscriptionibus fieri posse, imò debere, sine ullo simplicitatis Scripturariæ detrimento, utrò intelligitur. Ut tamen interea nequaquam eorum approbemus morem, qui ut emphasin ex originario textu feliciter repræsentent, Lutheri versionem ubiq; *κατὰ τὴν ἰδίαν φωνήν* castigant, carpuntque. Quare nihil deterius, nihil ad offensionem pronius est. Videnturque ij, qui haud ita priden-

DE PRÆCIPUIS ORATORIS

30
 artis & pietatis Theologicae esse censuerunt, Lutheri operam, quæ tantum ex tanto tempore attulit fructum, (de quâ Jo. Draconius, nostræ quoque Academiæ superiore seculo doctor, Hebraicè Græcèqve supra vulgarem sortem eruditus, dicere cum hyperbole quadam solebat: *ne scire se, si Germanica Lutheri Biblia legeret, utrum Moses an Lutherus esset doctior! Necessè esse, ut & Hebræa & Germanica scripserit Spiritus Sanctus.*) sub virgulam censoriam vocare, silentium sibi metipsis, tanquam improvidi contilij pœnam, imposuisse. (*) Quinimò nec inmoderatam Scripturarum in Homiliis allegationem, quippe quæ indicium potius sit cuiusdam arrogantiae, quam prudentiæ Theologicae, aut fructuosam aut decoram esse cenlet D. Kestlerus. (g) Quemadmodum verò simplicitatis est, simplicem confectari S. Literarum Spiritum, neque hominias suas ullis humanis illecebris, quæstionibus item Scholasticis, Metaphysicis, Criticis, Rabbinicis, Historicis, Mathematicis, Physicis & id genus aliis, ut leporem lardi segmentis, interstingere: ita sobrietatis est, abstinere ab argumentis curiosis, vanitatis in se plurimum, utilitatis parum contentibus, qualia erant, quæ Paulus vocat *λογωμαχίας*, I. Tim. VI. 4. II. Tim II. 14. non quod collationem de rebus sacris ex Scripturarum testimoniis excludat, abs quibus *ἱεὺς ἀντιλέγωντας ἐλέγχειν* non potest, Tit. I. 9. sed quod modum ponat verborum, garrulitati, contentioni immoderatæ, clamoris confidentiæ & loquendi acrimonæ, Talia sunt, quæ Paulus vocat *βιβλικὰς κενόφωνίας*, II. Tim. II. 16. profanas verborum doctrinarumque vanitates. Novaturientium signat ingenia, qualibus hodie totus mundus plenus est, quibus quicquid antiquum & inveteratum est, sordet, quicquid novum & insolens est, tanquam de coelo descendens, adoratur. De quo tamen exitiosissimo cœtui nostro more notanter dicit, *proscelere ad impietatem & tanquam cancrum serpere*, id est, cum semel liberè per devia vagari cœperit, ad insolentiam magis atque magis tendere, donec tandem omnem religionis contemptum, quem atheismum vocamus, progeneret. Talia sunt, quæ appellantur *fabulas*, item *stultas & indoctas quæstiones*, I. Tim I. 4. II. Tim. II. 23. & *profanos atque inanes clamores*, & *oppositiones falsè nominata scientiæ*, I. Tim. VI. 20. quales tum fuerant Genealogicæ & circa legem; in primis tum abrogatam, occupatæ, Tit III. 9. quas ideò vocat *judæas fabulas & traditiones humanas*, Tit. I. 14. quæ non nisi litibus æternum

(*) Præclarè nuper de Germ. Luth. versione meritis est J. Beckius, Ulmaeus, luculento contra Luthero-martygas Opere, quod utinam ab omnibus novaturientibus cum cura legeretur, (g) In C, Cn C, & 11 p. III.

ECCLESIASTICI VIRTUTIBUS.

ferendis & concordia turbanda apta natae erant. Quae omnia si animis
 Homiletarum scriptorumque hodie altius recondentur, non metuen-
 da essent ea, quae nunc cum horrore quodam adspicimus, Ecclesiae no-
 strae schismata. Nec minus in Homiliis nostris regnare debet castimo-
 nia, ne ullo impudico vel gestu vel verbo, res naturales vel muliebres
 liberius enarrando, innocuas aures offendamus. Quae enim de his ha-
 bet Scriptura, in ipsorum ministrorum, quibus omnia casta esse debent,
 informationem habet, non ad publicam propositionem. Ideo enim ju-
 betur Ecclesiae minister esse *εὐκράδης, continens & castus*, Tit. I. 8. Deni-
 que prudentia Homilias, reliquis virtutibus quasi impraegnatas, red-
 dit sapidas. Prudentis est, non ridiculo sermonis gestuumque genere
 auditorium ad risum provocare. Non ad quamvis offensam iram atque
 indignationem effervere. Non animi levitatem & violentiam, cum
 inani gloriae studio conjunctam, quod in Nestorio notarunt veteres apud
 Socratem, ostentare. Non illico delassari & a studio suo remittere, cum
 auditorum malitia nihil proficit. Praeclare Chrysostomus. *Si auditores
 nostri post nostram etiam admonitionem in iisdem vitiis perseveraverint, ne
 sic quidem nos desistimus apud eos, quod rectum est, consulere. Quando-
 quidem & aquarum vena, etiamsi nullus veniat aquatum, manant tamen,
 & fontes, quamvis haurire nemo, tamen scatebras emittunt, & amnes, eti-
 amsi nemo bibat, nebilo secius fluunt. Sic oportet & illum, qui conciona-
 tur, quamvis nullus auscultet, tamen prestare, quicquid in ipso situm est.*
 (i.) Non propriam nostram in suggestu causam agere. Heu quam vul-
 gare, quam vero & pestilens est hoc homiletarum vitium! Propter res
 ad se pertinentes, suumque vel honorem vel rem familiarem concernentes,
 verba acere, suosque, quos hac ratione sibi inimicos arbitrantur, ve-
 hementius insectari. Quid enim turpius, quam ad ultionem abuti templo
 abuti suggestu, praedicanda Christi gloria destinato, abuti imperita plebis
 credulitate? Quid iniquius, quam multorum animos, divina doctrina pu-
 bulam expectantes, fraudare & inficere suo veneno & sacrae concionis eleva-
 re avaritiam? ita doctissimus J. C. Casp. Zieglerus. (k) Oblignet hunc
 aphorismum aureola servatoris sententia: *estote prudentes, sicut serpentes
 & simplices, sicut columbae.* Matth. X. 16.

in V. 7
 Test.
 Cor.
 etc.
 etc.
 etc.

APHOR. XIII.

Quaedam ad exteriorem Homiliarum ornatum fa-
 vencia parca adhibenda esse

Sunt.

(h) VII. H. E. 19. (i) Homil. 1. del. az. T. II. p. 125. Quae tota in hac materia occupata est.
 (k) Superint. c. IX. §. XV. p. 93.

DE PRÆCIPUIS ORATORIS

22
 Sunt, qui Homilias suas, ut ajunt, exornant variis allegoriis, histo-
 riis, Patrum, Ethnicorumq; sententiis, apologis & tantum non urbani-
 tatibus atqve facetiis. Improbat hoc institutum ex Pontificiis *Franc. Fevar-*
denius, ex Reformatis *Guil. Amesius*. ex nostratibus *Paul. Tarnovius*,
 ne aliorum nomina cumulemus. Adverit verò magno pollens in pra-
 cticis judicio, *D. Andr. Keslerus*, (l) argumenta, quæcunqve pro ne-
 gante sententiâ adducunt, ita comparata esse, ut allegorias & historias
 & Patrum, Philosophorumqve sententias & apologos non ex Homiliis
 duntaxat, sed ex universâ Theologiâ nostrâ proscribant. Præterea nec
 Scripturam ipsam omnibus carere allegoriis, (m) & Philosophorum
 sententiis, (n) & Apologis. (o.) Historiis verò in V. N. quæ T. totam re-
 fertam esse. Deniqve ipsum Paulum ad naturam provocare, eamqve
 argumentum suæ assertionis constituere, (p) atqve aliquando prolixè
 naturalis rationis usum in ordine ad cognoscendum Deum & honestatem
 moralem commendare (q.) Quid verò isthac commendatione opus ui-
 set, si rationis principiis, cum nostramet operâ animadversis, tum à
 Gentilibus nobis passim subministratis, uti non liceret? Nec dici potest,
 omnia ista Scripturam perfectiori gradu & sine erroris periculo, quod
 rationi post lapsum perpetuo adhæret, complecti. Id enim non igno-
 raverat Paulus, qui tamen idè non dubitavit, naturalis honestatis rationi-
 bus frequenter uti, mèmor, lumen majus non extinguere minus & utri-
 usqve auctorem æqvè Deum esse, cujus nulla beneficia, sive majora sint,
 sive minora, contemnere liceret, aut silentio sepelire, postremo defe-
 ctum, qui naturam post lapsum contaminat, etiam naturali studio ita sa-
 nari posse in multis, ut longo intervallo sæpe Ethnici Christianos supe-
 raverint. Quid in moralibus non præstiterunt Stoici? Quid in Theolo-
 giâ naturali Pythagoræi? Legatur Hieroclis aureus ad aurea Pythagoræ
 carmina commentarius & quo pacto in plurimis ipsos Christianos det in
 ruborem, non sine stupore quodam cognosces. Hæc in gentiles dona
 idè deposuit Deus, eorumqve libros inter ipsos Christianos suâ provi-
 dentiâ conservavit, ut omnium bonorum datorem etiam in his venerari,
 eorumqve consideratio & prædicatio ad subliorem DEI notitiam cul-
 tumque nos deducere deberet, disertè hoc affirmante Paulo, Act. XVII. 26.
 27. 28. Quod si regesseris, Paulum adversus Gentiles scribere, itaqve
 eorum & doctrinas & scriptores, utpote Poëtas, iisdem meritò objectare
 posse,

(l.) *Cas. Consc. C. XXII. & XXIII.* (m) Vid. totum caput vigesimum *Rhetor S. D. Sal-*
Glassii, p. 481. f. (n.) *Act. XVII. 28. I. Cor. XV. 38. Tit. 1. 2.* (o.) *Jud. I. X. 1.* (p) *I. Cor.*
X. 14. q) Rom. 1. & 11.

ECCLESIASTICI VIRTUTIBUS.

posse, cum meritò respondetur, eundem non tam Ethnicorum scriptores, quam rationes ab ipsis adhibitas & sententias naturæ saniori congruas laudare, quæ cur Christianorum animos, qui dum Christiani sunt, rationem non exuunt, movere vel non debeant vel non possint, sat gravis causa allegari non potest. Sunt insuper in ipso Christianorum cœtu plurimi ipsi Gentilibus deteriores, quiqve rationis principii libentius quam Divino verbo aures advertunt, quantumvis exteriori hoc professione dissimulent, quos Gentilium armis impugnari quid impedit? Jam cum DEUS ad admirandæ suæ providentiæ documenta nos non in gratiæ tantum sed & in naturæ regno respicere & exempla veterum intueri jubeat, nosqve Christiani vehementer prædicemus eos Paganorum Historicos, qui in omnibus magnis eventibus Divinæ potius providentiæ, quam vel casus vel fortunæ vel humanæ prudentiæ vias & specimina animadvertunt & prædicant, Sir. II. II. cur hæc ipsa, quæ idè DEUS quotidiè oculis nostris hunc ipsum in finem obijcit, non liceat in Homiliis recensere, vel ad impiorum terrorem, vel ad piorum solatium? Iniquum & absurdum est, in quotidianis actionibus & quasi singulis gressibus nostris Divinæ providentiæ ductum nos juberi agnoscere, nec verò laudari licere longè manifestiora ejus providentiæ indicia, vel à Christianis olim vel à Gentilibus animadversa. D. Seb. Schmidtus ad illud Ecclesiastæ: *Ego Ecclesiastes tui rex*, hunc adjicit aphorismum: *quem magnorum virorum egregia exempla ad imitationem egregiorum factorum non permovent, ille vix rationibus quibuscumqve, persuadebitur ad faciendum, qua laude digna sunt.* Ubi & ad profanos scriptores & oratores provocat. De cætero modum in rebus omnibus servandum esse, omnemqve excessum meritò reprehendi, respiciendum etiam vel locum esse vel tempus vel auditorium, cum omnia omnibus & ubiqve non conveniant, semper verò Divini verbi dictata cæteris universis meritò præferri, summoqve studio cavendum esse, ne quæ externo & carnali homini grata sunt, proferendo auribus tantum blandiamur, eoque ob jucundam & amabilem concionem laudemur, II. Tim. IV. 3. nemo unquam dubitavit. De facetiis, à sacro loco longè alienissimis, non est, ut quicquam dicamus. Quamquam enim Paulus, Eph. V. 4. dum *εὐφραίνεσθαι* è toto Christianismo proscribit, voce illâ non urbanitatem omnem

E

& ho-

& honestos aptatosque & tempori & loco & personis jocos in exilium mittat, ceu olim Hieronymus atque Chrylostomus sensisse videntur, cum & *εὐτραπλία* quendam veteribus in vitio positam fuisse, observarint ad h. l. Valla & Revius, & ipsa particula: *ἤσαν*, eandem cum *μωρολογία* seu *stultiloquio* antecedente per *συναυμία* idem esse insinuet, & adjecta descriptio: *τὰ ἐκ ἀνήκεινα, quæ non conveniunt*, vocem ad jocos illicitos restringat, deturque postremo etiam urbanitas aliqua licita, Col. IV. 6. immò sacra, 1. Reg. XIII. 27. suggestus tamen, qui majorem semper quam communis hominum vita severitatem requirit, Tit. I. 7. 8. I. Petr. IV. 11. si à festivitate atque argutiâ ad analogiam Elianæ sacrâ discedas, ab omnibus salibus, facetiis imprimis infulsis, quas Germani *Possenreißer* & *Pickelharing* agiren vocant, immunitatis merito esse debet. Quâ de re Responsum extat Facultatis Theologicæ Wittebergensis, in Consilia Theologica relatum. (r) Nos, cum plurimi integrum hujus Aphorismi argumentum uberrimè pertractaverint, manum removemus à tabulâ. (s.)

APHOR. XIV.

Dandam esse Homiletæ operam, ut & fidei & morum doctrinam dextrè solidèq; proponat.

HAc ipsa propositione summam officii sui commendat Timotheo Paulus: *formam tene sanorum verborum, quæ à me audivisti, quæque summam consistunt in fide & charitate, quæ est in Christo Jesu. Hoc bonum depositum custodi per Spiritum S. in nobis habitantem.* II. Tim. I. 13. 14. Et alibi eundem prorsus in sensum: *Tenax sit Episcopus ejus, qui est secundum doctrinam, fidelis sermonis, ut potens sit etiam adhortari in doctrinâ sanâ & contradicentes arguere.* Tit. I. 9. quæ deinde fusius cum juxta fidem in Deum, contra veritatis hostes servandam, cap. I. vers. seqq. tum secundum officia, Christianis omnibus, quocumque sint in statu, præstanda, cap. II. vers. 1. & seqq. exequitur. Primò nempe informari in fidei doctrinâ auditores, adeoque fundamentum poni fiducialis Christi apprehensionis & exercendi

(r) Part. II. recent. edit. p. 68. f. (S) v. Dedek. Part. I. rec. ed. p. 809. D. Danh. Theol. Consc. p. 1016. Sekend. Christen St. Add. p. 358. D. Osiand. Part. V. Theol. Caf. p. 436 492. D. Friblich. Med. p. 1035.

ECCLESIASTICI VIRTUTIBUS.

di in Deum hominesque amoris, dein verò, ut in illâ fide constantes³⁵ mancant & irreprehensibiles, neque unquam excidant à charitate, arguendo, hortando, monendo, consolando, provideri debet, juxta usus verbi, à Paulo descriptos, II. Tim. III. 16. Fidei lumen, per Evangelium accendendum, antecedit opera legis, cor conterentis & pœnitentiam operantis. Quæ methodus à Christo & Apostolis perpetuò observata fuit, Matth. III. 2. IV. 13. Marc. I. 4. 15. II. 17. VI. 12. Luc. XXIV. 47. Act II. 38. II. 26. XIII. 38. XVII. 30. XX. 21. XXVI. 20. II. Cor. V. 20. Apoc II. 5. II. Petr. III. 9. Non est in universo fidei articulorum ordine post doctrinam de Christo, qui fidei nostræ & salutis fundamentum est & lapis angularis, Eph. II. 20. I. Cor. III. 11. 12. ulla, quæ majorem in quotidiana Christianismi exercitia & ipsam intimam ministerii Ecclesiastici praxin porrigat atque diffundat utilitatem. Quotidie excitandi sunt è somno peccatores. Plerique in luto variorum scelerum hærent, nec tamen impuritatem suam aut sciunt aut agnoscunt. Quin imò peccata, sibi vel à juventute vel à vitæ suæ conditione familiaria, naturæ suæ impetum aut artificii, quod edocti sunt, necessariam indolem interpretantur. Quis molitor frumenti furtum, quis textor lini surreptionem, quis rusticus varias, quibus proximum suum circumveniat, fraudes, quis mercatorum mille in vendendo & emendo decipiendi technas, modo hæc omnia lateant, peccatorum computat numero? Heu quot committuntur peccata, quæ ignorantur esse peccata? Psalm. XIX. 13. XC. 8. Lutherus quemadmodum priorem locum vertit: *verborgene Sünde*: ita posteriorem magnâ cum *εμφάση*, *unerfandte Sünden*. Quot inveniuntur mortaliū, qui peccatis scædatos se esse, etiam dum graviter peccant, nesciunt, imò inficiantur? Miserrimi hi sunt inter omnes Christianos, quia morbo adfliguntur, quem non sentiunt. Ministri hæc cura, hic labor est, ut in intimos cordis quorumlibet auditorum suorum recessus, in omnes peccantium, quibus se abdunt, latebras & quasi ficus folia penetret, eumque, qui in illis occultatus est, nec ab ipso peccante advertitur, foetorem manifestet. Non sufficit dicere: peccatum est, quicquid est contra legem, nec satis est inculcare: pœnitentia agenda est, dolendum est de peccatis, credendum est. Sæpe quæ generatim non ignoramus, sed profitemur, si ad species deveniatur, in-

comperta nobis sunt, immò negantur. Summum igitur ministri & longè saluberrimum artificium est, retegere ulcus, *ponere ante oculos DEI*, Psalm. XC. 8. id est, ita exenterare quasi & eviscerare, ut peccator turpitudinem ejus jam cernere oculis, jam agnoscere animo, jam detestari toto pectore incipiat. id nisi minister, faciat, *sanguis auditoris ab animâ pastoris roquiretur*, Ezech XXXIII. 8. Ideò enim pastor exemplo cujusvis patris familias, verbo Divino adjunctus est, ut verbum *acuat*, Deut. VI. 7. *ἔμφρασις*, qui vel diligentiam tantum & studium, vel claritatem & perspicuitatem, vel accuratam legum Divinarum repetitionem eadem insinuari putant. Rectius, qui dum vident, à gladio vel cultro metaphoram esse desumptam, quem, ut discindat feliciter, tractari, disponi, acui oportet, ita minister Ecclesiæ acuire, seu cotis instar verbum Divinum penetrantius reddere, debet, ut *acutius omni gladio bispidi secet & peringat usque ad divisionem animæ & Spiritus, compagum quoque & medullarum & discernat cogitationes & intentiones cordis*, Hebr. IV. 12. Verbum quidem Divinum in se hanc virtutem à se inseparabilem, habet, sed acutius & efficacius eandem exerit, si illud ritè & *rectè secet* minister, II. Tim. II. 15. id est, divitias ejus studiosè aperiat, virtutem in eâ latentem quasi eliquet, ut antiquo verbo utamur, ad personas casusve præsentis prudenter accommodet, *abscondita cordium manifestet*, I. Cor. XIV. 25. in ipsum pectoris meditullium loquatur, nec tam verba, quam mera proferre & in præcordia infigere tonitrua videatur. Non quidem omnium est Divinum hoc loquendi robur. Diversa sunt Dei dona, quæ non unâ mensurâ, sed prout Dominus vult, dispensantur, I. Cor. XII. 4. 11. Veruntamen enitendum est cuilibet ad eum gradum, quem Divina ei gratia & naturæ suæ facultas admetiuntur. Non perfunctoriè, non ignavè, non negligenter quicquam agendum, sed summâ cum sollicitudine, cum timore DEI & tremore, eum sudore vultus sui laborandum est. Quemadmodum verò per pœnitentiæ concionem plantandæ vitæ Christianæ initium faciendam & humanæ malitiæ abyssus, reductis ad summum legis rigorem cordis membrorumque motibus, anxie denudanda est: ita nequaquam ea nobis insidere persuasio debet, ac si præcipuum
elicien-

ECCLESIASTICI VIRTUTIBUS.

elicendæ pœnitentiæ & procurandæ Christianæ vitæ momentum in legis prædicatione consisteret. Putant equidem plurimi, rectius se de Ecclesiâ suâ mereri non posse, quam si in perpetuo animi terrore, legis fulmina magno numero & pondere ejaculando, Diviniqve judicii & infernalium cruciatuum atrocitatem severissimis comminationibus ingeminando, suos retineant & virtutum Christianarum ad Divinæ voluntatis regulas convenientiam studiosissimis quotidie coloribus depingant. Concutiunt hæc spicula animum, ut injecto mortis terrore horrescat, non tamen ad plenissimam animi mutationem commovent & adducunt. Svavissimus Servatoris nostri amor & pretiosissimus ipsius sanguis longè intimius penetrant, Spiritumq; homini & vitam reddunt, ut in ipso quasi mutari fundo, semetipsum negare, voluntatem suam frangere, concupiscentiis repudium mittere atque in alium planè virum converti incipiat. Qvum persona Jesu nostri *Ἰησοῦς οὐρανῶν*, qvum officium, nostri causâ susceptum, qvum tot tantæqve passiones, ineffabili pro nobis patientiâ toleratæ, qvum triumphus ejus & victoriæ, ab omnibus hostibus nostris reportatæ, qvum adventus ipsius ad judicium & electorum suorum perfectissima ab omni malo liberatio, qvum verbum & Sacramenta, eorumqve ministerium, nobis donatum, qvum amor DEI Patris in Filio nobis exhibitus, qvum stupenda Divinissimi Spiritus beneficia, qvibus nos ad se invitat, vocatqve, quantum in se est, regenerat & mortuis vitam reddit, deniqve coram Divino judicio justificat & pulcerrimis virtutibus ad patientiam & in fide constantiam instruit & exornat, ad consummata quoqve cœlorum gaudia, si in fide perstiterimus, adducturus; qvum, inqvam, hæc aliaqve Evangelii munera oculis auditorum, velut in programmate ac Tabulâ quadam publicâ, unde de plano legi & apertè cognosci possint, objiciuntur, longè efficacius, ipsis legis sagittis animos feriunt & ad imitationem tam boni magistri alliciunt, testante hoc Apostolo, Gal. III. 1. Concionibus, quæ mera in se Moralia continent, honesti redduntur homines & ab extantioribus avocantur flagitiis, qualem vitam & Gentiles duxerunt, immò complurimos sæpe Christianos longo intervallo superarunt; Evangelicis sermonibus vera Deoqve unice grata suscitatur pietas, qvippe quæ in Jesu suo recumbit, ab

eoque Spiritum trahit atque vigorem. Quæcunque verò proponit Homileta, ea se loqui debere, ut verbum DEI, I. Petr. IV. 11. & κατά τὴν ἀνάλογίαν τῆς πίστews, Rom. XII. 6. meminisse debet. Rectè enim Hieronymus: *Hæreticus in vanum garrit, qui verò pro verbi fruge laborat, verbum casto ore ruminat & viam veritatis recto discretionis pede noscit incedere.* (t) Unde & textum memor vulgaris illius: Textuales Theologi, optimi Theologi, ubique premere, literalem ejus sensum præcipue sectari, novas & in Ecclesiâ suâ nunquam antea auditas atque adeò nonnisi turbas & offensiones progeneraturas, opinationes summo studio vitare, à facilioribus & primis fidei principiis semper exordiri & ad perfectiora subinde magis magisque provehi & eniti, Hebr. VI. 1. f. textus Homiliis suis, exceptis iis sermonibus, quibus simplici populo Catechetica institutio fusius exponitur, nonnisi scripturæ verba substernere, Joh. V. 39. II. Tim. III. 15. non ad omnes tantum generatim, sed ad singulos etiam seorsim, eorum se infirmitatibus, captui, affectibus, ingenio, moribus accommodando, demittere & quasi in omnes se vertere formas, prout utilitas fert singulorum, I. Cor. IX. 19. 22. postremo ut fidelem se Christi ministrum atque œconomum humilitate loquendi, I. Petr. V. 3. II. Cor. V. 20. peritiâ concipiendi, dexteritate inveniendi, prudentiâ rectè distribuendi, studio hero Dominoque suo gratificandi, ardore omnes, qui ipsum audiunt, salvandi I. Tim. IV. 16. patientiâ, nulla sinistra de donis suis judicia reformidandi, I. Cor. IV. 3. nullo laborum & ingrati mundi tœdio à proposito, etsi successus ex hominum pertinaciâ non semper sequatur, desistendi, II. Tim. IV. 2. debet exhibere. I. Cor. IV. 1. 2.

APHOR. XV.

Denique eò omni vi amittendum Homileta esse, ut Homiliis suis omne vitiorum genus ex Ecclesiâ suâ profliget.

Duo sunt vitiorum genera, quæ pietati inimica sunt, quorum alterum intellectus est & erroris nomine venit, alterum voluntatis & peccatum vulgari apud Theologos nomenclaturâ vocatur. Utriusque

(t) In, PROV. XIV. Tom, VII, p, 27.

ECCLESIASTICI VIRTUTIBUS

triusque juratus hostis est Ecclesiae minister, eique, ubicunque, erigit caput, bellum indicit & ex Ecclesiae pomeriis mittit in exilium. Prius illud salutare DEI rerumque Divinarum notitiae, quae fundamentum est Divini cultus, Joh. XVII. 3. posterius sanctitatis, ad quam per Christum renovati sumus, Eph. IV. 24. opponitur. Nec ullum unquam fuit dubium, inter praecipuas ministerii Ecclesiastici partes numerari, ut errores fidei adversus idoneo elencho refutemus & peccata quaecunque serio in Homiliis nostris arguamus. Id enim & Divina praecepta Homiletæ frequenter injungunt & exempla Prophetarum, Christi atque Apostolorum uberrimè confirmant, quae ob numerosam eorum copiam ne adduci quidem necessum est. Quamquam verò negari nequeat, in obeundâ hac officii parte modum à multis excedi & correctiones, quae ab omnibus passionibus liberæ esse & ex ingenio erga errantes peccantesque; amore proficisci debebant, in clamores tribunitios, elenchos tumultuosos atque amarulentos, immò foeda convitia, criminationes & insectationes converti, quâ re non aedificatur Ecclesia, sed destruitur, contra monitum Apostoli, II. Cor. XIII. 10. animadversum tamen omni ætate est, qui ab hoc excessu recedere & illi malo mederi volebant, plerumque peccasse in defectu, omnemque prope sustulisse elenchum. Possunt illi dispesci in triplex hominum genus, quorum primum Fanaticum est, hodie imprimis Ecclesiam nostram tanquam diluvio quodam inundans, quod elencho praecipue doctrinali intestum est, quippe sentiendi credendi que licentiam pro Christianismi animâ venditans & certæ doctrinae *ἰσχυρὰ* irreconciliabili odio inimicum. Secundum *πονηρὸν* est, quod dum elenchum, nominalem imprimis, in diversæ religionis homines & actiorem, in virorum magnorum, praecipue in Reipublicae eminentium, vitam dissolutiorem, injustitiam notoriam, aliaque flagitia, civili paci exitiosum esse & tumultibus facile atque rebellionis facem subministrare persuasum est, tam arctis eundem limitibus confringit, ut omnem propemodum eliminat & è suggestu proscribat. Tertium genus timidum est & tepidum, quod in exercendam correctione summâ moderatione esse utendum dicitur, ne in cujusquam incidat odium & indignationem. Mercenarios hos appellaveris & Barbarâ voce Placentinos atque Silentarios. Scriptura ipsa canes multos vocat & assentatores. Equidem culpandum nequaquam est, si

nov-

nonnulli, inprimis è Politicorum numero Jcti, turbulentos declamatores, qui pro modestis castigationibus affectus tantum suos & atroces nonnunquam injurias evomunt, in ordinem redacturi, summam in elencho modestiam & cautionem commendant. Id faciunt illustres nominis gloriâ viri, *Bened. Carpzovius*, (u) *Joan. Brunnenmannus*, (x) *Samuel Stryckius*, (y) *Abas. Erischius*, (z) Sed nec minori laude digni sunt, qui metuentes, ne boni etiam viri immoderatâ quadam continentia prædicatione somnolenti efficiantur, nec quicquam inde discant, nisi modestissimo silentio & servili adulatione & blandis assentatiunculis aucupari gratiam & jucundis illecebris influere in aures concionis, inque eâ potissimum personarum principum, quarum aures delitiis sunt adluetæ, nec facile vocem, quâ asperius ipsorum vitia taxentur, admittunt, elenchi severitatem serio iuadeant, *Casp. Zieglerus* Jctus, quem jam aliquoties adduximus, non aliter, inquit, obtineri potest *sanctitas vite in populo contumaci, si obtineri tamen potest, nisi objurgationibus, increpationibus, sermonibus invehivis & verbis ad severitatem compositis. Eaque propter maximè commendatur in pastore libertas dicendi, quâ animo soluto ac libero, maximeque presenti, vitia hominum, et summâ autoritate potentium, Principum etiam, haud veretur reprehendere atque excusso timore omnî liberè dicere, quid sentiat.* Quam in rem memorabilem Palladii sententiam allegat, (a) Nec quemquam facile legi, majori cum gravitate & prudentiâ de hoc argumento, quod ad elenchum præcipuè doctrinalem spectat, monentem, quam *Vir. Lud. Sekendorffum*, cujus ideo dabo, quamquam paulò prolixiora, verba. (b) Ob wohlten die Wiederlegung der irrigen Lehre mit der That geschicht wann die Wahrheit recht vorgetragen und gepflanget wird / so ist doch nach Gelegenheit der Zeit und Decier einmahl mehr als daß andermahl von nöthigen/daß man diese oder jene Jerthümte genauer und wehtäufftiger wid erlege/ auch nach dem man in einer Gemeine sich der Verführung und Abfalls befahret. Dann da ist sich an die Schwärmer nicht zu kehren/welche in ihren Büchern damit sich jeko die Leute von neuem zutragen pflegen und darinnen grosse Heiligkeit zu finden vermeinen

(u) Lib. 1. Jurispr. Conf. Tit. V. De. LXXII. l. (x) lib. 1. de Jur. Eccl. c. VI. Membr. 1. §. XXVII. (y.) Add. ad Bruanem. p. 147. (z) In Bon. Paft. Concl. II. (a) Superiac. c. LX. §. XIV. (b.) Lib. III. de Criffen St. c. X. §. 1.

meinen (digitum vir magnus ad hæc ipsa postrema tempora intendit, ubi iam tum, cum illa scriberet, libelli Böhmitici, Weigeliani, Hohburgiani, aliique simpliciorum insinuari manibus hoc ipso tubi prætextu coeperant, ut ab Eristicâ & Bellatrice Theologiâ, ut loquebatur, ad Spiritum, in illis scilicet libris latentem, revocarentur simplices) dieses Stück des Predigampts gar verwerffen und ohne alle Noth halten/das man wider die Käzereyen und irrige Meinungen disputire. Der Apostel erfordert ein anders/II. Tim. III. 16. Und ist der Elenchus oder die Widerlegung so wohl ein Stück der Predige Göttliches Wortes und ihres Nutzes/als die Ermahnung zur Liebe und guten Wercken. Aber ein Christlicher und verständiger Prediger muß wissen/welchen Irrthum er vor andern angreifen soll und nicht seinem Humor folgen/oder was er ungefehr gelesen/ zu Erweyung seiner Kunst ohne Nutz vorbringen. Dann wo er eine Gemeind hat/ dabey keine Verführung zur Zeit zubesorgen/ so wäre mehr schädlich als nützlich/ daber viel von denen falschen Lehrern herpredigen und damit die Zeit zu nöthigern Stücken versäumen wolte. Wann er unwissende rohe Leute unter denen Zuhörern hat/wie leider die meiste seind/ da thut er ja seinem Ampt weit gemäßer/ wann er sie in der Wahrheit unterrichtet/ als ihnen von Käzereyen sagen will. In diesem Punct thut die jenigen/wie schon in etwas gedacht/zu wenig/ welche nicht leiden wollen/ sondern für Babylonisch/oder AntiChristlich halten/ (Ecce, ipsos recentissimorum Sanctulorum nostrorum terminos & jacta in Polemicam Theologiam convitia, ipsis ubique usitata!) das man in der Christenheit gegen einander über Lehrenspuncien streiten/ predigen und schreiben solle. Ist auch kein Wunder/ das dieses mehrentheils diejenige Vorgeben/welche außerhalb des Wortes Gottes den Grund des Christenthumbes auff die innerliche Einsprechung des H. Geistes setzen. Dann wer derselbigen versichert wäre/der hätte sich umb die Meinung der andern/oder über die Auflegung der Bibel/wann er solche vor unnöthig und zum Glaubensgrund nicht genugsam hält/ nicht zubekümmern. Andere verwerffen das disputiren und widerlegen darumb/ das sie meinen/ die Christliche Religion bestehe nur in dem eußerlichen guten Leben/ oder in der Übung der Liebe/ (quasi diceret: fundamentum fidei verè Christianæ amorem Dei & amorem proximi constituere) und liege an der Wissenschaft der Wahrheit wenig/ daher ziehen sie die Articul der Glaubens allzueng ein/oder legen sie dergestalt weitschichtig und zweydeutig auß/ das alle Secten dabey unterfrischen können. (Non poterat

DE PRÆCIPUIS ORATORIS

42
 vivis magis coloribus hodiernos nostros Latitudinarios & Libertinistas describere; quos verò vide, quam gravibus efficacissimisq; argumentis refellat!) Damit fällt aber gemeinlich die Hauptlehre von Christo/ auffer dessen Erkänniß keine Seeligkeit ist/ in ihren vornembsten Puncten zu Boden. Wieder diese Friedemacher/ oder wie man sie heut zu tag nennet/ Syncretisten und Universalisten / hat man nun in denen rechten Schrancken zubleiben. Man sehe / wie Paulus wider die Werckheiligen und wider die Verläugner der Auferstehung streitet? Wie er erfordert/ daß ein Bischoff soll mächtig seyn zu straffen/ (ἀδελφοί, zu widerlegen) die Widersprecher? Tit. I. 9. Wie Johannes den hohen Articul von der G. D. heit oder ewigē Geburt Christi vertheidiget: Wer ist ein Lügner/ sagt er/ ohne der da leugnet/ daß Jesus Christ seye/ daß ist der Wieder Christ/ der den Vater und Sohn leugnet. Wer den Sohn leugnet/ hat auch den Vater nicht. I. Joh. II. 22. 23. Wie Petrus die Spötter widerlegt/ welche den Untergang der Welt verleugneten. II. Petr. III. 5. Ja wie Christus selbst die Pharisæer angreiffet und den Sadduceern daß Maul stopfft: Ihr irret/ sagt er/ und wisset die Schrift nicht. Matth. XXII. 29. 34. Et postquam eos, die ohne Noth die Zeit mit Widerlegen und disputiren hinbringen/ oder auch die Haupt- Articul gehäßiger und ungeziemender Weise verfechten/ paucis redarguisset, iterum subiicit: Zwar muß man dem Kind den rechten Rahmen geben und was G. D. ites Wort zu wider ist/ wann gelinde Meynung nicht hüfft / mit Ernst straffen. Gleichwol ist der Gebrauch allzuharter Schelt- Wort oder höhnischen Aufziehens kein geringer Gebrechen / sonder ich wann der Begeen- Theil nicht durch offembahre Uagebüß unvermeidlichen Anlaß dazu giebet. Cum admittit celeberrimus Politicus, severam nonnunquam, non placidam tantum & paternam requiri correctionem, immò duriora etiam invectiva, (quæ non nemo convitia, sancti Zeli ab ipso Christo exerciti vim expressurus, remoto omni animi vitio, vocare non dubitat) si adversarii suis convitiis, toti mundo manifestis, nos irritaverint, ministerii sancti tatem haud contaminare sentit, observare placet contra eos, qui quàm libet vehementiorem objurgationem mansueti Christi spiritui adversam, & quæ solennis ipsorum vox est, (ex quâ hominem fanatico fastu inflatum, haud aliter ac ex rostro avem, agnoscas) carnalis affectus indicium esse proclamant, neque ipsummet servatorem nostrum, quantum libet ex 1019 eor de man. spectus & humilis fuerit, Matth. XI. 29, neque Apostolos, eorumque suc-


successores, blandis semper & humanis verbis, in redarguendis ve-
 ritatis hostibus, usos esse. Vocat eosdem Christus *lupos rapaces*,
 Matth. VII. 15. & *vulpes*, Luc. XIII. 32. & *serpentes atque viperarum*
progeniem, Matth. XXIII. 33. & *fures atque latrones*, Joh. X. 8. & *by-*
pocritas, Luc. XIII. 15. & *mendaces* Joh. IIX. 55. Apostoli verò his
 aliisq; compellationibus aduersarios Dei & suos allocuti sunt: *incircum-*
cisi corde & auribus, *proditores & sicarii*. Act. VII. 51. 53. *Filii Diaboli*,
pleni omnis doli & omnis fraudulentia, *hostes omnis iusticia* Act XIII
 10. *Sculi & fascino*, Gal. III. 1. *Canes & mali operarii*, Phil. III. 2. Mi-
 nistri Satanæ, vaniloqui & seductores, Anti-Christi, magistri men-
 daces. Hinc, hodie si viverent, Carnalium maledictum effuge-
 rent? Aut forte convitiari viris sanctis & Divinis licebit, cæteris
 non licebit? Rectè etiam à Seckendorffio animadversum, si quando
 Homiletæ Zelosi austerius loquantur in religionis verioris hostes,
 meminisse eos debere, longè iniquius & atrocius illos in nostros lo-
 cutos esse, atqve adeò deinde jure ipsis contingere, quod prædixit
 Christus: *eàdem mensurâ vobis metientur, quâ ipsi mensi estis, immò*
maiore, nempe mensurâ bonâ, pressâ, agitâ & superfluenta. Luc. VI.
 38. Nempe placidè tractari sive errantes debent, sive peccantes, si
 illi bono adhuc animo errent, hi autem præoccupentur potius lapsu,
 quam manifesto maleficio teneantur. Gal. VI. 1. si verò in utrisque
 ipse correctionis omnis decollet, iusto fervore retundendi sunt II.
 Joh. 10. II. Act. II. 20. 23. II Tim. IV. 2. Ubique verò non excessus tan-
 tum & defectus, sed & affectus privati, plurimis heu nimis familia-
 res, vitandisunt, in quos alicubi hunc in modum invehitur D. Men-
 geringius, quæ verba cuilibet Ecclesiæ ministro, homiliam peroratu-
 ro, perpetuò ante oculos versari meritò debent. *Prediger und*
Seelsorger müssen sich / ob sie auß privat affecten / Zorn und Nachgier / ih-
re predigen wider ein und das ander individuum, oder ganze Gemeine ge-
spitz / hefftige und stachliche Worte / odiose exempel und arten zureden
gebrauch / und eingeführet / ihr Mühsagen zu fühlen und interessirenden
Personen den Schweren außfrustechen? Ach! hierinnen verisset und
versündiget sich in ancher hitziger Koyff und passionirter Prediger / der kan
nichts verragen / verschmerzen und verschneigen / wann er nur schlim und
über die seiten angesehen wird. Wann zum exempel seine Frau nicht oben
an gesetzt worden / die Magd nicht gut Fleisch bekommen können / und so
weiter


weiter/ so muß es auch auff die Sangel gebracht/ gereget und angestochen werden. Und sonderlich ist das gemein auff dem Lande/ bey manchem Dorffpriester. Der hält seine Bauren und Zuhörer für lauter Cajonen und Hundsbuben/ er schelmei und diebet sie wol gar/ Bernheutere auff der Sangel umb sich/ als wann er in der Schenk wäre. Das ist groß Unrecht und ein schändlicher Mißbrauch des hohen Amptis und heiligen Orts und auch eine schwere Sünde wider das fünffte Gebot. Sincemal nicht allein solche Köpffe ihre Rache/ Zorn/ Stolz und Eigensinn damit merklich verrahen/ sondern auch alle Erbauung und lucrirung Schwachgläubiger und straffälliger Schaffe aufheben und verhindern. Des ist ein merklicher Unterschied zwischen einem rechtmässigen und göttlichen Eiffer und zwischen einem unzeitigen und schimpflichen Eiffer. (c)

Hæc ille. Nos verò instituto nostro satisfecisse arbitramur, si dum seriam & cordatam vitiõrum castigationem Homiletæ sub jacturâ suæ, met salutis injunctam Ezech. XXXIII. 8. atqve adeo illius exercitium inter præcipuas ministri virtutes esse demonstravimus, hanc ipsam tamen virtutem, ut alias omnes, in medio positam esse, non obscure hoc indicante ipso Servatore nostro, Matth. X. 16. & animum perorantis intemptivo immoderatoqve affectu carere debere simul docuerimus. Quæ enim ad speciales utriusqve hujus elenchi casus spectant, quomodo ille vel in Ecclesiâ presbâ, statuqve reip. turbulento, vel erga summos imperantes, aliosqve magistratus, immò & statum reip. publicum & illius judicia exerceri, utrum & in sectarios & in flagitiosos elenchum, quem nominalem vocant, stringi, quo ordine quæve circumspeditione, an vel ad præscriptum magistratus, vel communicato antea cum eo consilio, in singulis procedi debeat, aliaqve id genus, ad prudentiæ Ecclesiasticæ doctores meritò remittuntur. Nobis verò, postquam non quidem omnes, è præcipuis tamen oratoris Ecclesiastici in perorando virtutibus, plerasqve, ut speramus, S. literarum auctoritate & clarissimorum virorum suffragiis munitas, ipsâqve praxi, quod omninò optamus, à futuris è coetu nostro literario Ecclesiæ ministris exprimendas, simplici calamo representavimus, in his, actis supremo Numini pro concessio Spiritus sui Sancti auxilio gratiis, acquiescere licebit.

SOLI DEO GLORIA.


(c) Ex Scruta Consc, 6, IX, cal. 136, D. Fritsch, in Bon. Past. concl. II, p. 91.





ECCLSIASTICI VIRTUTIBUS.

successores, blandis semper & humanis verbis, in
 ritatis hostibus, ufos esse. Vocat eosdem Chri
 Matth. VII. 15. & vulpes, Luc. XIII. 32. & serpente
 progeniem, Matth. XXIII. 33. & fures atque latrone
 pocritas, Luc. XIII. 15. & mendaces Joh. IIX. 55.
 aliisq; compellationibus adversarios Dei & suos allo
 cisi corde & auribus, proditores & sicarii. Act. VII.
 pleni omnis doli & omnis fraudulentie, hostes omni
 10. Sceleri & fascino, Gal. III. 1. Canes & mali opera
 nistri Satanæ, vaniloqui & seductores, Anti-Chri
 daces. Hinc, hodie si viverent, Carnalium m
 rent? Aut forte convitari viris sanctis & Divin
 non licebit? Rectè etiam à Seckendorffio animad
 Homiletæ Zelosi austerius loquantur in religion
 meminisse eos debere, longè iniquius & atrocius
 cutos esse, atque aded deinde jure ipsis continge
 Christus: eadem mensurâ vobis metientur, quâ ip
 majore, nempe mensurâ bonâ, pressâ, agitâtâ & su
 38. Nempe placidè tractari sive errantes debent,
 illi bono adhuc animo errent, hi autem præoccup
 quam manifesto maleficio teneantur. Gal. VI. 1.
 ipes correctionis omnis decollet, justo fervore r
 Joh. 10. II. Act. II. 20. 23. II Tim. IV. 2. Ubique verò
 tum & defectus, sed & affectus privati, plurimis
 res, vitandisunt, in quos alicubi hunc in modum
 geringius, quæ verba cuilibet Ecclesiæ ministro, h
 ro, perpetuò ante oculos versari meritò debent
 Seelhorger prüfen sich / ob sie auß privat affecten / Z
 re predigen wider ein und das ander individuum, oder
 spize / hefftige und stachliche Worte / odiose exemp
 gebrauchte und eingeführet / ihr Mühsigen zu sühten /
 Personen den Schweren außzusuchen? Ach! hier
 versündigt sich in ancher hiziger Koyff und passionir
 nichis vertragen / verschmerzen und verschneigen / wa
 über die seiten angesehen wird. Wann zum exempel
 an gesehet worden / die Magd nicht gut Fleisch bekom
 F 2



the scale towards document